Digitized by Google

6
40-f
1

6
7 N
1

6-40-f-1

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XXXI·[illegible]. 18·16.
T·12.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ-ΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

PHOTII,

SANCTISSIMI PATRIARCHÆ

CONSTANTINOPOLITANI

EPISTOLÆ.

Per Reverendum Virum RICHARDUM MONTACUTIUM Norvicenſem *nuper Epiſcopum, Latinè redditæ, &* *Notis ſubinde illuſtratæ.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



LONDINI,
Ex Officina ROGERI DANIELIS, ad ædem hederaceam in *Aula Lovelliana* prope Cœmiterium D. *Pauli*,
MDCLI.

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LECTORI Typographus.

POſt Diuturnos labores noſtros, & interciſam aliquandiu præli operam, exhibemus tibi tandem (Lector humaniſsime) *Photii* Epiſtolas, celeberrimi illius *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, quas quidem è Vetuſtiſsimo M. Spto. Codice (qui ex oriente delatus etiamnum in archivis *Bodleianis* locum habet) tranſcriptas Latinè vertit, notiſque ſuis illuſtravit *R. Montacutius Antiſtes* nuper Norvicenſis, eáſque fidei noſtræ commiſit excudendas. Quibus acceſſerunt Epiſtolæ aliæ quinque de rebus in *jure Canonico Orientalium* dubiis, has inter alia plurima ex oriente ſecum in *Angliam* advexit *Chriſtianus Ravius*, eáſque cum Cl. viro *Patricio Junio* communicavit, qui pro ſummo ſuo in Remp. literariam ſtudio earum mihi liberam fecit poteſtatem, eo nimirum animo ut publici juris fierent. De *Photio* noſtro multa dicere ut mihi non moleſtum foret, at tibi fortaſſe ſupervacuum, præſertim cùm abundè habeas quæ plenâ manu congeſsit vir Doctiſs. *A. Schottus* in ſua præfatione ad *Photii* noſtri *Myriobiblon*, ſive *Bibliothecam*, in qua velut arcâ quâdam conſervata tot clariſsimorum ingeniorum monumenta ad noſtra uſque tempora defluxêre. Præſens autem hoc Epiſtolarum opus cùm utilitatis tum certè voluptatis habet plurimum; mira ſiquidem elucet in eo ſermonis elegantia, fœlix in difficilioribus Scripturæ locis enodandis acumen, & (quod primo quidem loco dictum oportebat) incredibile eſt quantum veritati lumen, quanta fax Hiſtoriæ accendi poſsit,

ſi præclariſsimorum hominum Epiſtolæ diligentiore manu verſarentur; ſcribunt ſiquidem illi ad familiares ſuos, ſine larva aut cerusſa; qui dum aut publicè verba faciunt, aut juſtam hiſtoriam profitentur in ſcenam intrant, & perſonam plerumque induunt. Eò autem magis facere ad Hiſtoriam temporum hæ Epiſtolæ cenſendæ ſunt, quòd in iis motibus earum Author primas partes egerit, qui ad fatale illud *Orientalis* & *Occidentalis Eccleſiæ* diſsidium gradus aliquando extitere.

Vale, (Lector) fruere, & conatibus noſtris fave; ſic enim ſemper ſubduxi rationes meas, ut non tam privato mei unius commodo, quàm publicæ literatorum utilitati conſulendum eſſe arbitrarer. Vale.

R. D.

Προχειρίζεται δὲ Πατριάρχην τὸν Φώτιον, ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτασηκρήτης τότε τυγχάνοντα, καὶ ἐν λόγοις ὀνομαστότατον. *In ejus locum ſuffecit Photium, virum inſignem, primarium à ſecretis, & eruditionis nomine celeberrimum.*

CEDRENUS.

Ὁ Βάρδας Φώτιον, ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον, πρωτοασηκρῆτιν τηνικαῦτα ὑπάρχοντα, προχειρίζεται Πατριάρχην. *Bardas ergo Photium, celebrem ſapientiâ virum, & ſecretariorum eo tempore principem, Patriarcham creat.*

ΜΑΞΙΜΟΣ Ὁ ΜΑΡΓΟΥΝΙΟΣ,

Ταπεινὸς Κυθήρων Ἐπίσκοπος, τοῖς τῶν λόγων ἐρασταῖς, εὖ τοῖς καλοῖς ἐπιδιδόσιν.

Ἄλλοι μὲν ἄλλως τῶν περὶ τὴν σοφίαν περιπλῶν θαυμαζόντων, καὶ ἣν ἕκαστος ἔχει ἐπιτηδειότητος καὶ δυνάμεως, ταύτῃ πλεκέτω τούτων ἑκάστου καὶ τὰ ἐγκώμια, εἴτε τὴν ἐν λόγοις ἐπαίρων δεινότητα, εἴτε τὸ αὐθηρὸν δὲ κεκομψευμένον τῆς φράσεως, εἴτε τὸ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐμβριθές τε δὲ ὅλως ἐξηκριβωμένον, καὶ πάγιον· ἐμοὶ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις παντὸς ἄξιος ἐγκωμίου καὶ μάλα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ ἱερὸς πολλάκις ἔδοξε Φώτιος. οὐ μόνον ὅτι τοὺς τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας ἐμπιστευθεὶς οἴακας, τὸ τοῦ Χριστοῦ λογικὸν ποίμνιον εἰς νομὰς εἰσῆγε τε καὶ ἐξῆγε σωτηριώδεις, εὐσεβείᾳ τε τῇ πάνυ διαπρέπων, καὶ βίου καταγλαΐζων ὀρθότητι· ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πᾶσαν μετελθὼν παιδείαν, πάντας τοὺς ἐπ᾽ αὐτοῦ πολλῷ τῷ μέσῳ ὑπερηκόντισε. μαρτυροῦσιν αὐτοῦ τὸ πολὺ τῆς σοφίας οἱ πανηγυρικοὶ τῶν λόγων, οἷς τηλικαύτην ἐνέθηκε τὴν χάριν καὶ τὴν γλυκύτητα, ὡς δεινὸν τίθεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν ὁπωσοῦν ἀπὸ τούτων ἀπαλλαγήν. οὕτω τὰς τῶν ἀκουόντων καταθέλγει ψυχὰς ταῖς τῶν οἰκείων Σειρήνων σωστικαῖς ἐπῳδαῖς, καὶ τῷ τῶν πίστεων ἐφελκυστικῷ τὸ τοῦ πλήθους αὐταῖς ἐγγυμνάσασθαι καταναγκάζει θέλγητρον. τοιαῦται δὲ αἱ θαυμασταὶ τούτου πρὸς διαφόρους ἐπιστολαί. τὸ δὲ πρὸς τὰς τῶν

ἀπορειῶν

ἀπορειῶν λύσεις ἕτοιμον, ἄλλως τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν, καὶ τὸ τῆς θείας γραφῆς, ἐν οἷς μάλιστα μυστικώτερόν τι ἐναποκέκρυπται, ἀγχίνουν τε καὶ διερμηνευτικὸν, τίς τῷ τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτοῦ πεπονημένῳ συγγράμματι ἐντυχὼν, οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν; ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρίβειαν, καὶ τὸ τῆς σοφίας ποικίλον, καὶ τὸ περὶ τὴν κρίσιν τῶν τοῖς ἄλλοις συντεθειμένων ἔντεχνόν τε ἅμα καὶ εὐκρινέστατον, ἡ μετὰ χεῖρας αὕτη βίβλος, τοῖς οὖν ἂν ἑλομένοις καταμαθεῖν, ἐπιδείξει τρανότατα: πολλὴν μὲν τοῖς περὶ τοὺς λόγους καὶ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν καταγινομένοις τὴν ὠφέλειαν προξενοῦσα· τοσαύτην δὲ καὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἀντεχομένοις θρησκείας χορηγοῦσα τὴν λυσιτέλειαν, ὡς παμφορόν τινα οἷον ταύτην εἶναι χώραν, ποικίλοις μὲν κομῶσαν τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ἄνθεσιν, οὐχ ἧττον δὲ τῇ γεύσει τῶν δρεπομένων τὴν αἴσθησιν κορεννῦσαν, ἢ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ καθηδύνουσάν τε καὶ κατατέρπουσαν. ταύτην οὖν φιλοφρόνως δεξάμενοι, πολλὰς τῷ σοφωτάτῳ Ἐχελίῳ τὰς χάριτας ἔχοιτε, οὗτο καὶ μόνον ἀεὶ διὰ μελέτης ἔχοντι, ὅπως χρήσιμόν τι καὶ τῷ κοινῷ τῶν λογίων ἐπωφελὲς ἐκδιδῶται καὶ μάλιστα. ἔρρωσθε ἐν Χριστῷ σωτῆρι, κατὰ τὸ αχ" ἔτος τὸ σωτήριον, Ἰουλίου τρίτῃ φθίνοντος.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

Eorum ad quos PHOTIUS has Epiſtolas Scripſerit.

A

ACacio Monacho & Medico. 162. 163
Alexandro Comiti. 101.213
Amphilochio Cyzici Metropolita. 190.215.220.265.295.304
Anaſtaſio tributi collectori. 106. 197
Anaſtaſio Presbytero & Bibliothecario Romano. 244
Anonymo. 143
Antonio Boſphori Archiepiſcopo. 136
Archiepiſcopis Orientalibus. 47
Arſaber Aſpathario. 335.347
Arſenio Monacho. 113.271.345.357
Athanaſio Monacho & Anachoreta. 81. 85.86.134.313

B

BAanæ Præpoſito & Patricio, & Curopalatæ. 65.68.69
Eidem, jam Cæſari creato. 71
Bardæ Patricio, & Macedoniæ Duci. 119
Barnabæ Monacho. 98
Baſilio Patricio urbis Præfecto. 74
Baſilio Practori. 128
Baſilio Quaſtori. 101.209
Baſilio Regi. 136.141

C

CHriſtophoro Aſpathario à ſecretis. 170.275
Conſtantino Notario. 244.360
Conſtantino Patricio. 201
Conſtantino Spathario. 127. 180. 268. 294.309

D

DAmiano Hoſpiti. 153.155.293
Dorotheo Monaſterii Cedronorum Abbati. 344.345

E

E. Monacho collapſo. 74
E. Epiſcopis, ab exſilio. 245.286
Eulampio Archiepiſcopo & Sceuophylaci. 122. 135. 167. 269. 270.273. 307
Euſchemoni Archiepiſcopo Cæſareæ Cappadociæ. 124.125.166.211.245.274 299.313.377.378
Euſebiæ Monachæ. 372
Euſtathio Patriarchæ Antiocheno. 73
Euthymio Catanenſi Metropolitæ. 205
Euthymio Monacho. 119

G

GAlatoni, à ſecretis. 110.291. Vide *Leonti*, &c.
Georgio Diacono & Hoſpitalario. 100. 114.132.133.135.189
Georgio Nicomediæ Metropolitæ. 84. 166. 210. 221. 224. 235. 243.295. 296.318.380
Gregorio Diacono & Chartulario. 141. 142.155
Gregorio Spathario Candidato. 88
Gregorio Syracuſæ Archiepiſcopo. 154

H

Heliæ Aſpathario. 77.163.294

I

IGnatio Chryſopolitani Monaſterii Abbati. 125
Ignatio Claudiopolis Metropolitæ. 156 164
Ignatio Lophorum Epiſcopo. 84.120
Joanni Aſpathario. 69.94 95.96 97.98 1 2.127 178
Joanni Heracleæ Metropolitæ. 72. 87. 324

Joanni

INDEX Epiſtolarum.

Joanni Nicomedia Metropolita. 77
Joanni Patricio. 273
Joanni Patricio, & Gracia Duci. 113. 134.209
Joanni Patricio & Sacellario. 102
Joanni Patricio, & Sacellario per Angureos. 102.122.131.171
Joanni Philoſopho. 114.115
Joanni Protoſpathario, & Drungario Ploimi. 206
Iſacio Monacho. 169

L

LEonti Aſpathario. 306
L. Leonti & Galatoni, fratribus, à ſecretis. 150.324.346
Leonte Logotheta Madiam 99.100. 112
Leonti Logotheta, Monacho jam facto. 128
Leonti Philoſopho. 305
Leonti Spathario, cognominato Draconi. 87

M

MAnueli Patricio. 203.334
Marco Monacho Siculo. 130
Mariano Patricio, & Domeſtico Scholarum. 287.288
Metrophani Monacho & Anachoreta Siculo. 118.205
Michaeli Bulgarorum Principi. 1
Michaeli Imperatori. 78.80
Michaeli Mitylenes Metropolita. 157. 334
Michaeli Patricio & Sacellario. 112
Michaeli Protoſpathario, 131.153
Michaeli Spatharocandidato. 175

N

NIcephoro Philoſopho & Monacho. 301.323.356.358.359.365.371
Nicetæ Protoſpathario. 154
Nicolao S. Nicephori Monaſterii Abbati 213

P

PAntoleonti Spathario 83. 243
Paulo Caſarea Archiepiſcopo. 262
Paulo Laodicea Metropolitano. 242.304 317.328.332
Paulo Monacho. 71

S

SAba Anachoreta. 133.262.264
Saba Piſſadorum Hegumeno. 76
Sergio, fratri. 103.107.121.202.214. 295
Sergio Magiſtro, *& Dromi Logotheta.* 73.75
Sophronio Monacho. 98
Stephano Orthodoxo. 315

T

TAraſio Patricio, fratri, 90.126. 171.207.208.214.347
Theoctiſto Hegumeno. 94
Theodoro Abbati, 115.199.200.300 302
Theodoro, fratri. 193
Theodoro Laodicea Metropolita. 98.120 132.194.198.199.244.293
Theodoſio Monacho *& Anachoreta.* 158 159
Theodoto Spatharocandidato. 164.204 206
Theophani Diacono, & Protonotario, 129.361
Theophilo Aſpathario & Sacellario. 292
Theophilo Præpoſito. 163
Theophilo Protoſpathario. 164
Theophylacto Aſpathario. 333
Theophylacto Patricio, & Duci Armeniacorum. 82

Z

ZAcharia Antiocheno Metropolita. 289
Zacharia Chalcedonis Metropolita. 151 152.267.329.333
Zoſimo Monacho *& Anachoreta.* 85

FINIS.

PHOTII,

Sanctiſsimi Patriarchæ CONSTANTINOPOLITANI, *epiſtola ad Michaelem Bulgariæ Principem; de officio Principis.*

ALia quidem dona, Illuſtriſſime ac nobis dilecte Fili, exiguam planè eámq; non diu adeò duraturam utilitatem iis afferunt in quos conferuntur. Quæcunq; verò illâ conditione naturali prædita ſunt, ut animam nobis reddant meliorem, dum ab errore & pravis affectibus repurgant, luce verò & ſplendore virtutum ipſiúſq; veritatis colluſtrāt, hæc jam veriſſima dona nobis data dicenda ſunt, utpote quæ menti, divinæ cuipiam rei & immortali, magna nec unquam emoritura largiuntur emolumenta: divitias autem illiusmodi ei comparant negotiando, quæ cùm ſint cœleſtes non poſſunt ſacrilegè compilari. Primas inter iſta & principatum tenet illud quod nos manu velut apprehenſos ſine ulla aberratione ad Deum perducit & ſalutem. Hoc ipſum autem imprimis, quin potiùs ſola, præſtat fides noſtra Chriſtiana, puriſſima illa ac ideo inculpata, cùm myſteria ejus edocti edidicerimus. Hæc enim homines, poſtquam ab errore multiformi *liberatos expediverit, illiúsque tenebras omnino diſpulerit, facultatem illis* præbet in Divini cultûs pulchritudinem oculis defixis intuendi. Atque ità per iſtam, ad eſſentiam illam quæ ſuperat intellectum, rerum ſcilicet omnium cauſam & opificem, ſubvecti, Trinitatis illius uniformem & tranſcendentem divinitatem, quatenus illam homines aſſequi poterimus, tanquam in ſpeculo contuemur. Iſtiusmodi ergò gratiâ atque dono dignum & capacem prudentem tuum animum agnoſcentes (virtutem te ſiquidem ac pietatem amare perſuaſum habemus) munus ad te tibi gratum futurum, in ſe magnificum, afferimus. Cui quidem fidei noſtræ incontaminatæ & defæcatæ, & Divinam & à Deo edoctam inſerentes diſciplinam, ſacris ſeptem univerſalibus Synodis, non aliter quàm vallo quodam & ſepimento, doctrinam hanc cœleſtem & orthodoxam communivimus, quas petſpicuâ & brevi

ΦΩΤΙΟΥ

Τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τοῦ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπιστολῆς, Τί ἐστιν ἔργον ἄρχοντος.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ΑΙ μὲν ἄλλαι χάριτες, περιφανέστατε καὶ ἠγαπημένε ἡμῶν υἱὲ, μικρὰς καὶ προσκαίρους, εἰς προσάγον), τὰς ὠφελείας παρέχουσιν· ὅσαι δὲ πεφύκασι ψυχὴν βελτίονα ἀπεργάζεσθαι, πλάνης μὲν καθαίρουσαι καὶ παθῶν, τὴν αἴγλην δὲ καὶ λαμπρότητα τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς ἀληθείας διαυγάζουσαι, αὗται δὲ ἄρα χάριτές εἰσι, ὡς ἀληθῶς, μεγάλα κέρδη καὶ ἀθάνατα ἀθανάτῳ καὶ θεοειδεῖ πράγματι χορηγοῦσαι, τῇ ψυχῇ, καὶ τὸν ἄσυλον αὐτῇ καὶ οὐράνιον ἐμπορευόμεναι πλοῦτον. ὧν ἡ τιμιωτάτη καὶ τῶν ἄλλων πρωτεύουσα χάρις ἡ πρὸς τὸ θεῖόν ἐστιν ἀπλανὴς καὶ σωτήριος χειραγωγία. ταύτην δὲ μόνη χαρίζεται τῆς καθαρᾶς καὶ ἀμωμήτου πίστεως ἡμῶν, τῶν Χριστιανῶν, ἡ μάθησις καὶ μυσταγωγία. α.

Αὕτη γὰρ τῆς πολυμόρφου πλάνης τὸν ἄνθρωπον ..... τῷ κάλλει τῆς λατρείας καθαρῶς ἐνατενίζειν παρέχει· δι' ἧς εἰς τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν καὶ πάντων αἰτίαν καὶ δημιουργὸν ἀναγόμενοι, τὴν ἑνοειδῆ καὶ ὑπέρθεον τῆς Τριάδος θεότητα, καθ' ὅσον ἐστὶν ἀνθρώπῳ δυνατὸν, ἐνοπτριζόμεθα. Τῆς τηλικαύτης τοίνυν χάριτος καὶ δωρεᾶς τὴν εὔφρονά σου ψυχὴν εὑρηκότες ἀξίαν, (ἐρᾷν γάρ σε ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πεπείσμεθα) τῷ φιλουμένῳ δώρῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ δεξιούμεθα. ἐν ᾧ, τὸ ἀχράντου καὶ καθαρᾶς ἡμῶν πίστεως τὸ ἱερὸν καὶ θεόσοφον ἐντάξαντες μάθημα, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, ὡσπερεὶ χάρακάς τινας καὶ περιβόλους οὔσας τοῦ θείου τούτου καὶ ὀρθοδόξου μαθήματος, σαφεῖ τε καὶ συντόμῳ β.

λόγῳ συμπαρεντεθέμεθα· οὐδ᾽ ὅσα βίον ἰθύνει, καὶ μαρτυρεῖ τῆς πίστεως τὴν ὀρθότητα, παντελῶς ἀποσιωπήσαντες. Ὥσπερ γὰρ τὸ πάντα καθ᾽ ἕκαστα πειρᾶσθαι λέγειν, ἀπειρόκαλον· οὕτω καὶ τὸ μηδὲν εἰπεῖν, ἀφιλόκαλον. Δεῖ δὲ τὰς ἀρετὰς τῇ πίστει συμπεπηγέναι, καὶ δι᾽ ἀμφοῖν τὸν σπουδαῖον καταρτίζεσθαι. καὶ γὰρ δογμάτων μὲν εὐθύτης πολιτείας περιβάλλεται κοσμιότητα· πράξεων δὲ καθαρότης τῆς πίστεως ἀπαγγέλλει θειότητα· ὧν ἑκάτερον χωρὶς τοῦ ἑτέρου ῥᾷον εἴωθεν ἀπορρεῖν καὶ περισύρεσθαι, μὴ ἀνεχομένων καταμόνας ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐγκατοικίζεσθαι. Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ὕστερον. Νῦν δέ σοι τὸ ἱερὸν καὶ θεόλεκτον τῆς ἱερᾶς ἡμῶν λατρείας ἐναπεθέμεθα μάθημα.

oratione, unà cognoſcendas, adjunximus. Nec interea, quæ ad vitam rectè inſtituendam pertinent, Fideíq; rectitudini teſtimonium pethibent, ptotſus ſilentio ptæteribimus. Certè ſicut omnia ſigillatim ab initio velle dicere, ineptum eſt; ità nihil omnino dicere, turpe & inhoneſtum eſt. Opottet autem virtutes *& bona opera* à fide non divelli, ſed utrinq; virum bonum petfici & conſummari: Fides enim recta mores producit honeſtos; & operum puritas fidem eſſe divinam planè ptobat: Iſtorum verò alterum ſine alteto facilè diffluere ſolet & aliorſum rapi: neque enim poſſunt ſejuncta & divulſa in animis hominum ſedem figere. Sed de iſtis videbimus in ſequentibus. In præſenti ſacram & Divino oraculo fuſam ſacroſanctæ noſtræ religionis doctrinam reptæſentamus.

ᾱ. Symbolum fidei Conſtantinopolitanum.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων· Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι᾽ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐξ οὐρανῶν· καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς· οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος· Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ Κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν· Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. Ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν.

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, cæli & terræ creatorem, necnon viſibilium omnium ac inviſibilium: Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſecula; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; Patri conſubſtantialem, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cælis; incarnatus ex Spiritu ſancto & Maria virgine; & homo factus eſt, crucifixúſq; pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus; & reſurrexit tertiâ die ſecundùm Scripturas; & aſſcendit in cælos, & ſedet à dexteris Patris: & iterum venturus eſt cum gloria, judicaturus vivos atque mortuos; cujus regni non erit finis: Et in Spiritum ſanctum Dominum & autorem vitæ; qui procedit à Patre; qui cum Patre ac Filio adoratur & glorificatur; qui locutus eſt per Prophetas: In unam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum baptiſma, in remiſſionem peccatorum. Expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſeculi. Amen.

Ad hunc ergò modum ſentiens ac credens tu ſecundùm traditionem ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ Eccleſiæ, ô laborum meorum eximium ornamentu, ſacras & Oecumenicas ſeptem Synodos, partim tanquam pietatis magiſtras, partim ut propugnatrices, ſuſcipe & amplectere: Per illas etenim & illarum ope omnis innovatio, hæreſis omnis, repellitur; & quod orthodoxum eſt, puro & ab antiquis tradito intellectu conſervatur, atq; in piorum mentibus, dubitatione excluſa, collocatur. Harum ego Synodorum narrationem aggredior inſtituere; locum ſimul, numerum, multitudinem, Præſides porrò ſingularum, unà cum actionibus, quò res meliùs intelligantur, deſcripturus.

Prima ideo Synodus Univerſalis apud Niceam Bithyniæ civitatem coacta fuit. Convenerant eò trecenti decem & octo Dei ſacerdotes: De veritate judicium latum. Erant iſtius cœtûs principes, Alexander Conſtantinopolitanum Archiepiſcopalem thronum ſortitus adminiſtrandum; (erat ille vir profundâ quidem canitie, & conſimili prudentiâ, venerabilis; plurimam porrò poſſidens apud Deum fiduciam, propter vitæ ſplendorem, animi ſanctimoniam, & accuratam fidei profeſſionem:) ſed & inſuper Silveſter atq; Julius inſignes illi celeberrimiq; Romanæ eccleſiæ Præſules, neuter tamen eorum perſonaliter præſens, aderant: ſed uterq; ſuâ vice, ſui Pontificatûs tempore, Vitum & Vincentium communi illi conſeſſui adeſſe juſſerunt, homines virtute præditos, quique ad Presbyteratûs dignitatem aſcenderant: cum quibus & Cordubæ Epiſcopus (Hoſius) ſociabatur, qui per Paganorum perſecutiones nomen ſibi veraciter impoſitum declaraverat: Hoſius enim (i. e. ſanctus) nominatus puram & ſanctam profeſſionem à cultu idololatrico conſervarat. Aderat etiam & Alexandriæ Epiſcopus Alexander, vir rebus ſanctè & præclarè geſtis eximius. Adduxit ille ſecum colluctatorem & Athanaſium, qui tunc Diaconotum primicerius erat, pòſt paulò autem in Archiepiſcopali throno ſucceſſor. Unà quoq; aderat & illuſtris

ε'. Οὕτω τοιγαροῦν φρονῶν καὶ πιστεύων, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, ὦ καλὸν ἄγαλμα τῶν ἐμῶν πόνων, τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς ἑπτὰ συνόδους, τὰς μὲν ὡς διδασκάλους, τὰς δὲ ὡς προμάχους τῆς εὐσεβείας, ἀποδέχου καὶ περίεπε. δι' αὐτῶν γὰρ πᾶσα καινοτομία καὶ αἵρεσις ἀπελαύνεται· τὸ δὲ τῆς ὀρθοδοξίας ἀκήρατον καὶ ἀρχαιοπαράδοτον φρόνημα ταῖς τῶν εὐσεβούντων ψυχαῖς εἰς ἀδίστακτον σεβασμιότητα καθιδρύεται). Ὧν ἀπάρχομαι τὴν ἀφήγησιν, καὶ τόπον, καὶ ἀριθμὸν τοῦ πλήθους, καὶ τοὺς ἀρχηγοὺς ἑκάστης, χάριν εὐμαθείας, ταῖς οἰκείαις * συνυποτυπούμενος πράξεσι.

* ἴσ. --- πες.

ϛ'. Ἡ τοίνυν πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία σύνοδος, ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη· * ὀκτὼ καὶ δέκα δὲ τριακόσιοι, θείων ἀρχιερέων ὁμήγυρις, τὴν τῆς ἀληθείας κρίσιν ἐνεχειρίζοντο. Ὧν ἦσαν προέχοντες, Ἀλέξανδρός τε, ὁ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιερατικὸν θρόνον λαχὼν διευθύνειν· ἀνὴρ βαθείᾳ μὲν πολιᾷ, παραπλησίῳ δὲ φρονήματι, σεμνυνόμενος, βίου δὲ λαμπρότητι καὶ ὁσιότητι γνώμης καὶ πίστεως ἀκριβείᾳ τὴν εἰς τὸ θεῖον παῤῥησίαν πολλὴν οἰκειούμενος· καὶ δὴ καὶ Σίλβεστρος, καὶ Ἰούλιος, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας ἐπίσημοί τε καὶ διαβόητοι πρόεδροι· αὐτῶν μὲν οὐδέτερος παραγεγονώς· Βίτωνα δὲ καὶ Βικέντιον, ἑκάτερος ἀνθ' ἑαυτοῦ, κατὰ τὸν οἰκεῖον τῆς ἀρχιερατείας χρόνον, τῇ κοινῇ παρεῖναι συνελεύσει προβαλλόμενοι, ἀνθρώπους ἀρετὴν τιμῶντας, καὶ εἰς τὸ τοῦ πρεσβυτερίου ἀξίωμα παραγγέλλοντας. οἷς καὶ ὁ Κορδούβης Ἐπίσκοπος συνετέτακτο· ὃς κατὰ τοὺς Ἑλληνικοὺς διωγμοὺς τὴν κλῆσιν ἐπαληθεύουσαν ἔδειξεν· Ὅσιος γὰρ ὀνομαζόμενος, ἀβέβηλον αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τῆς εἰδωλικῆς λατρείας διετήρησεν.

Nicena Synodus.

* Lego, ὀκτὼ καὶ δέκα καὶ τριακόσιοι.

ζ'. Ὁ μέντοι Ἀλεξανδρείας Ἀλέξανδρος, αὐτός τε παρὼν, ἱεροῖς ἐνδιαπρέπων κατορθώμασιν· ἦγε δὲ συναγωνιστὴν ἑαυτῷ καὶ Ἀθανάσιον, ὃς τότε μὲν τοῦ τάγματος τῶν διακόνων ἡγεῖτο· μετ' οὐ πολὺ δὲ, καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ θρόνου κατέστη διάδοχος. καὶ

δὴ καὶ ὁ κλεινὸς Εὐστάθιος συμπαρῆν, τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας τὸ ἐγκαλλώπισμα, πίστεως μὲν ἀνατεταμένον καθαρότητι, λόγων δὲ καὶ νοημάτων σωφροσύνῃ θαυμαζόμενος. μεθ' ὧν καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Μακάριος, πολλαῖς ἰδέαις ἀρετῶν κατευθυνόμενος· ἄλλοι τε πλεῖστοι ἀποστολικοῖς χαρίσμασι καὶ μαρτυρικοῖς παθήμασι διαλάμποντες. ὧν Παφνούτιος, καὶ Σπυρίδων, Ἰακωβός τε, καὶ Μάξιμος, ἀγαθοῦ καὶ θαυμασίου συστήματος ἀγαθοὶ καὶ θαυμάσιοι προστάται ἐγνωρίζοντο. ἐφ' οἷς ἅπασι, καὶ ὁ μέγας καὶ ἀξιάγαστος Κωνσταντῖνος, τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ἰθύνων τὰ σκῆπτρα, διέπρεπε, τήν τε σύνοδον ἀθροίζων, καὶ λαμπροτέραν τῇ παρουσίᾳ ἀπεργαζόμενος.

η. Ἀλλ' ἐκ τοσούτων μὲν καὶ τοιούτων ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος συνίστατο σύλλογος, Ἀρείου τινὰ νεωτεροποιοῦ δυσσεβείας δίκας εἰσπραττόμενος, καὶ τὸ ἀποστολικὸν καὶ θεῖον κρατύνοντες κήρυγμα. Ἦν δ' οὗτος ὁ δείλαιος ἕλκων μὲν τὸ γένος ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου· εἰς κλῆρον δὲ καταλεγεὶς τῆς ἐκεῖσε ἐκκλησίας, καὶ εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν ἀνελθών, πρότερον μὲν κατὰ τοῦ ἰδίου ποιμένος ὑπερήφανον ἀνέλαβε φρόνημα, ἐκεῖθεν δὲ κατὰ τοῦ κοινοῦ ποιμένος καὶ δεσπότου παρέτεινε τὴν ἀπόνοιαν· τὸν γὰρ Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ (ὢ τῆς τολμηρᾶς ἐκείνης καὶ γλώττης καὶ διανοίας) εἰς κτίσμα καὶ ποίημα κατεβίβαζεν, οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἐθέλων, κοινὸν ὑπάρχον πᾶσι καὶ αὐτοδίδακτον ὁμολόγημα, ὡς ἅπας υἱὸς τῆς αὐτῆς ἐστι τῷ γεγεννηκότι οὐσίας καὶ φύσεως· καὶ ὁ τὸν υἱὸν τάττων ἐν κτίσμασι, καὶ τὸν πατέρα κτίσμα προκατηγόρευσεν· ὥσπερ ὁ τὸν πατέρα δημιουργικῆς οὐσίας καὶ ἀϊδίου φύσεως εἰδώς, τῆς αὐτῆς εἶναι καὶ τὸν υἱὸν συνανομολογήσειεν. Ποῦ δ' ἂν εἴη τὸ γνήσιον τῆς υἱότητος, ἄλλης μὲν οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἑτέρας δὲ τοῦ υἱοῦ χρηματίζοντος; Πῶς δ' οὐ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης ἀνακύψει τὸ πολύθεον, εἰς ἐλάττω καὶ μείζω οὐσίαν τεμνομένης τῆς

ille Euſtathius, decus Antiochenæ eccleſiæ ſingulare, qui propter fidei puritatem celebris habebatur, propter orationis & judicii caſtitatem erat omnibus admirationi. Cum illis aderat & Macarius Hieroſolymitanus multis virtutum generibus rectè conformatus. Sed & alii ab iſtis multi, donis Apoſtolicis & Martyrum paſſionibus conſpicui: Inter quos cenſebantur, Paphnutius, & Spyridion, Jacobus, & Maximus, qui præſtantis illius & admirandi conventûs præclari quidam & admirandi ductores & principes agnoſcebantur. Cum iſtis porrò omnibus Magnus ille & meritò dignus admiratione Conſtantinus, qui tum Romani Imperii ſceptra moderabatur, præſens eminebat. Ille autem & Synodum illam convocarat, & ſuâ ipſius pręſentiâ, ut honoratior eſſet, effecit. Erat igitur & tam egregiis viris ſacra illa Synodus cùm conſtaret, ab Ario quodam rebus innovandis dedito pœnas hæreticæ pravitatis exigebat; Apoſtolicam ac Divinam tum retinendo tum confirmando doctrinam. Erat autem miſer ille maledictus Arius Alexandrinus ortu: Qui cùm in clerum illius eccleſiæ fuiſſet cooptatus, & ad presbyteri gradum aſſcendiſſet, primùm inſolentiùs ſe contra proprium ſuum paſtorem efferebat; ut ità deinceps faſtum ſuum & inſaniam ad communem Paſtorem & Dominum porrò protenderet: Filium namque ac Verbum Dei (ô audaciſſimam tum linguam tum etiam mentem!) ad creaturarum uſque & rerum productarum ſtatum & conditionem dejiciebat. Ac nè illud quidem, quod tamen omnes per ſe intelligunt & communiter in confeſſo ponunt, volebat videre, Quòd nimirum quilibet filius ejuſdem ſit eſſentiæ ac naturæ cum ſuo genitore; & quòd is qui filium inter creaturas collocat, patrem eo ipſo quoque, & quidem priùs, creaturam ſtatuat: uti & is qui patrem eſſentiâ creatoris præditum eſſe intelligit, & naturâ æternâ, unâ ſimul & eâdem operâ & filium ejuſdem naturæ ac eſſentiæ eſſe confitetur. Ubi autem erit Filialitatis (ut ſic loquar) veritas, ſi unius eſſentiæ exſiſtat pater, alterius autem dicatur eſſe filius. Imò autem, quomodo non Paganici erroris illa Deorum multiplicitas ſeſe exſeret, ſi in ſubſtantiam majorem & minorem Divinitas

Divinitas diſcindatur: atque illa ipſa quoq; in primum, creatorem, & ſeniorem Deum diſpertiatur; necnon in ſecundum, in ſubſtitutum, & juniorem Deum diſcerpatur? Hęc ſunt enim impii illius Ariani ſeminis genimina. Hominem autem iſtum, utpote contra Creatorem ſuum labia blaſphema armantem ſua, ſanctus ille cœtus privavit ſacerdotio: Impiam porrò & Deo bellum inferentem hęreſim anathemati ſubjecit. Ejuſdem autem ſubſtantiæ exſiſtere, naturæ ejuſdem velut coæternum, Filium atq; Verbum Dei, ſuo Genitori, pari præditum poteſtate, Domino exæquatum, quod divina ſtatuunt oracula, & ſecundùm ea rectè omnium ſentientium ſententiæ, quas in unum collegerant, verum eſſe perſpicuè ſatis declarabant. Illud enim optimè cognoſcebant, quòd quemadmodum Judaicum & Chriſti odium præ ſe fert, Monarchiam & Dominatum Trinitatis in unicam Perſonam concluſam retinere, ità quoq; & in naturas inæquales ac ſubſtantias diſſimilares omnem ſubſtantiam excedentem, omnem naturam exſuperantem unam, unicam, & unientem Deitatem dividere, Paganorum proprium eſt multitudinem deorum ſubintroducentium. Atque in iſtis illa ſancta univerſalis prima Synodus verſabatur.

Secunda porrò ſancta Oecumenica Synodus urbem Regiam (*nimirum Conſtantinopolim*) ſacrarum deliberationum conſiliis locum ſacrum, deſtinatum velut Muſeum referebat. Eò namq; congregati fuerunt centum quinquaginta ſacrati viri. Principes inter illos erant, Timotheus, qui ſedem Archiepiſcopalem Alexandrinam; ſpectabilis Meletius, qui Antiochenam; Cyrillus, qui Hieroſolymitanam adminiſtrabat, eccleſias. Certè quidem Nectarius ibi, qui non ità pridem de Catechumenorum grege ſeparatus Divino lavacro ſordes ſuæ vitæ abluerat, mundus factus mundiſſimâ Pontificatûs dignitate conveſtitur: de ſententia illius Synodi generali, per manuum verò prædictorum Præſulum impoſitionem, ità ut ſimul Regię urbis Epiſcopus & Synodi Præſes nominaretur. Aderat & iſtis Gregorius, Nyſſę in Cappadocia Epiſcopus, & qui *Theologi* ex operibus nomen habebat. Cum quibus conſpirare

θεότητος, καὶ τὴν μὲν εἰς πρῶτον καὶ δημιουργὸν καὶ πρεσβύτερον θεὸν ἀφοριζομένης, τῆς δὲ εἰς δεύτερον θεὸν διακρινομένης καὶ ὑπουργὸν καὶ νεώτερον; ταῦτα γὰρ τὰ τοῦ Ἀρείου πονηρᾶς σπορᾶς τὰ γεννήματα. Ἀλλὰ τοῦτον μὲν, ὡς χείλη βλάσφημα κατὰ τοῦ πεποιηκότος ὁπλισάμενον, τῆς ἱερωσύνης ὁ ἱερὸς ἀπεγύμνωσεν ὅμιλος· τὴν δὲ δυσσεβεστάτην καὶ θεομάχον αὐτοῦ αἵρεσιν τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν· ὁμοούσιον δὲ, καὶ ὁμοφυῆ, καὶ συναΐδιον τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ τῷ γεγεννηκότι Πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας καὶ κυριότητος, ὡς οἱ θεῖοι λέγουσι νόμοι, καὶ τῶν εὐσεβούντων τὰ κοινὰ δόγματα, ἱερολογήσαντες διεπεράνασαν· καλῶς εἰδότες, ὅτι ὥσπερ τὸ εἰς ἓν συγκλείειν πρόσωπον τὴν τριαδικὴν μοναρχίαν καὶ κυριότητα, Ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ μισόχριστον, οὕτω καὶ τὸ κατατέμνειν εἰς ἀνίσους φύσεις καὶ ἀνομοίους οὐσίας τὴν ὑπερούσιον καὶ ὑπερφυῆ καὶ ἑνιαίαν θεότητα, Ἑλληνικὸν ὑπάρχει καὶ πολύθεον. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος.

θ'. Synod. Conſtant. 1.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ δευτέρα σύνοδος τῶν μὲν ἱερῶν φροντισμάτων τὴν βασιλίδα πόλιν ἱερὸν ἐδείκνυ φροντιστήριον· εἰς πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν ἄνδρας ἱεροὺς συνηγείρετο· ἐξάρχους ἔχουσα *Τιμόθεόν τε τὸν Ἀλεξανδρείας, καὶ τὸν ἀξιοθαύμαστον τῆς Ἀντιοχείας Μελέτιον, Κύριλλόν τε τῶν Ἱεροσολύμων, τοὺς ἱεραρχικοὺς θρόνους ἰθύνοντας· καὶ δὴ καὶ Νεκτάριον, ὃς ἄρτι τῆς τῶν κατηχουμένων ἀγέλης ἀφορισθεὶς, καὶ τῷ θείῳ λουτρῷ τὸν τοῦ βίου ῥύπον ἀποπλυνάμενος, καθαρὸς ἤδη, τὸ καθαρώτατον τῆς ἱεραρχίας ἀξίωμα περιβάλλεται, ψήφῳ μὲν κοινῇ τῆς συνόδου, χειροθεσίᾳ δὲ τῶν προκρίτων καὶ ἅμα τε τῆς βασιλευούσης ἐπίσκοπος, καὶ τῆς συνόδου ἐχρημάτιζεν ἔξαρχος. μεθ' ὧν Γρηγόριος, ὅ, τε τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Νύσσης Ἐπίσκοπος, καὶ ὁ τῆς Θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος ὢν, ὁ πολὺς λόγιος, καὶ Δάμασος, ὁ τῆς Ῥώμης, τὰ αὐτὰ

* ἴσ. Τιμόθεον τότε.

κρατιώων, ἐγνωρίζετο, σύμφωνος τοῖς περι-
ι. λαβοῦσι καθιστάμενος. Οὗτος δὴ οὖν ὁ ἱεροφάντης χορὸς Μακεδόνιόν τινα, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον ἅρπαγμα πάλαι ποιησάμενον, ὅτι τὸ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν
* ἐβλασφήμει * ἐδυσφήμει Πνεῦμα, εὐθύνας ἐδικαίου δοῦναι. ὡς γὰρ Ἄρειος κατὰ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω καὶ αὐτὸς κατὰ τοῦ παναγίου παρατατόμενος Πνεύματος, εἰς δούλους καὶ ὑπηρέτας τὴν δεσποτικὴν καὶ ὑπερκειμένην αὐτοῦ συνέταττε κυριότητα. Καί τοι ῥᾷον ἦν, εἴπερ ἐβούλετο, τῷ ἀθλίῳ συνορᾷν, ὅτι, καθάπερ οἱ τὸν Υἱὸν εἰς κτίσμα τάττοντες, τὴν ὕβριν οὐδὲν ἧττον προσάπτουσι τῷ Πατρί, οὕτω καὶ οἱ τὸ πανάγιον αὐτοῦ Πνεῦμα τοῖς ποιήμασιν ἐναριθμοῦντες, τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν βλασφημίαν ἀφιᾶσι κατ' αὐτοῦ. Εἰ γὰρ τὸ Πνεῦμα κτίσμα, κἀκεῖνος οὗ τὸ Πνεῦμα, μετὰ τῶν κτισμάτων. Εἰ δὲ καὶ ἀκοῆς ἀφόρητον ἡ τῆς ἀθεότητος ταύτης ὑπερβολή, πῶς οὐ συνῆκεν ὁ ταλαίπωρος ἐκεῖνο φεύγειν, δι' οὗ πρὸς τούτοις ἀνάγκη πεσεῖν τοὺς θεομάχους λογισμούς; Ἀθετεῖς τὸ Πνεῦμα εἶναι Θεόν; πῶς ἐρευνᾷ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, κρύφιον ἀπ' αὐτοῦ; πῶς ἐστὶν ἄλλος, παράκλητος; πῶς συντάττεται Πατρὶ καὶ Υἱῷ; Πορευθέντες, γὰρ αὐτός φησιν ὁ Υἱός, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Εἰ ἕν τι τῶν τριῶν κτίσμα, ἐν οἷς φωτιζόμεθα, οὐδὲ τὰ λοιπὰ καθαρεύσει τῆς ὕβρεως. ἀλλ' εἰ κτίσμα, πῶς κτίζει;
* ἁγνίζει. πῶς * ἁγιάζει; πῶς ζωοποιεῖ; πῶς διαιρεῖ χαρίσματα; πῶς δὲ Θεός; ἀλλὰ τούτων οὐδὲν ἐκεῖνος ὁ φρενοβλαβὴς ἐπὶ νοῦν βαλλόμενος, τῆς μοναρχικῆς αὐτοῦ καὶ μιᾶς ἀδιαιρέτου θεότητος διασπᾷν ἐτόλμα καὶ ἀπεθρασύνετο. διὸ καὶ τῆς ἀσεβείας ἐπάξια εἴληφε τὰ ἐπιχείρια, αὐτός τε ἀφαιρέσει τῆς ἱερωσύνης ζημιωθείς, καὶ πάντες ὅσοι τῆς αὐτοῦ θεομαχίας τὸ ἀνίατον

agnoſcebarur Damaſus Romanus Epiſcopus, dum Synodi iſtius acta, eandem cum ipſis ſententiam fovens, confirmaret. Sacratiſsimus porrò chorus iſte Macedonium quendam, qui ſedem quondam Conſtantinopolitanam arreptam invaſerat, juſtè cenſuit pœnas dare debuiſſe, eò quòd in ſanctiſsimum Spiritum vitæ fontem blaſphemus extiterat. Sicut enim Arius contra Filium, ità & iſte conrra Spiritum ſanctum armis inſtructus prodierat in aciem : cujus dominium ſupremum & principatum excellentem ad ſervilem & ſubjectitiam redigebar condirionem. Quanquam facilè porerat, ſi in id intendere voluiſſet, infelix & improbus iſte animadvertere, quòd ut illi qui Filium compingunt in ordinem creaturarum, contumeliâ nihilominus afficiunt Patrem, ità & qui ſacroſanctum ejus Spiritum annumerant creaturis, ſimili prorſus & æquali modo blaſphemi in eundem ſunt. Nam ſi ſpiritus creatura eſt, certè & ille creatura fuerit cujus ſpiritus eſt. Quòd ſi iſtius impietatis exceſſum aures noſtræ ferre nequeant, unde factum ut miſer ille non intellexerit, omni modo illud declinandum ſibi eſſe unde fieri omnino debuit ut in iſtiuſmodi impias & cum Deo pugnantes opiniones recidat? Concedere non vis Spiritum eſſe Deum? at quomodo profunda Dei ſcrutatur, ab ipſo abſtruſa? quomodo erit *Alius* Paracletus? unde factum ut cum Patre & Filio componatur? *Euntes enim*, ait ipſemet Filius, *in mundum univerſum, docete omnes nationes, baptizantes eas in nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti.* Quòd ſi autem è tribus iſtis, in quorum nominibus baptizati illuminamur, unus erit creatura, certè quidem nec ceteri ab injuria hac & contumelia immunes fuerint. Quòd ſi creatura ſit, quomodo quicquam creat? quomodo ſanctificat, vel vivificat? quomodo diſtribuit chariſmata? quomodo Deus? Nihil autem iſtorum delirus ille apud animam ſuam reputans cogitabat; ſed auſus eſt homo importunus, inſolenter à monarchicâ unicâ, indiviſâ Deitate divellere Spiritum. Quocirca dignam ſuâ molitione impiâ mercedem recepit. nam & ſacerdotio privatus mulctabarur, & unà cum eo quotcunque incorrigibiles eandem hæreſim in Deum blaſphemi ſectabantur.

ſectabantur. Et quemadmodum ille ſanctum Spiritum alienum à Trinuna Deitate & Dominatione jactitabat, ità illum ſancta & univerſalis Synodus, tanquam alterum Arium, à ſacerdotio & fidelium ſodalitio ac portione declaravit alienum. Sanctiſsimum porrò & vitæ Autorem principalem Spiritum, juxta Patrum & Theologorum ſententias, publico præconio demonſtravit, unà cum Patre ac Filio adorandum & ſimul glorificandum, utpote ejuſdem exſiſtentem cum illis naturæ ſubſtantiæque, pari præditum vi, potentiâ, facultate. Quin & ſi quod zizaniorum adhuc de ſemine Arii ſuppullulaverat, & illud ſtirpitus evellebant. Imperii porrò tunc temporis fræna moderabatur magnus ille & magno laudum præconio celebrandus Theodoſius; qui religioſæ pietatis propugnator egregius exſiſtebat. Atq; ad hunc modum habuit ſe iſta Synodus.

Tertia autem ſancta & univerſalis Synodus Epheſi in Aſia congregabatur, numero ducenario completa. Principes porrò ferebantur, Cyrillus ille inter Patres nominatiſsimus, qui & virtute & prudentiâ inſtructiſsimus magnæ illius Alexandri urbis thronum inſidebat: necnon Celeſtini Romanæ urbis Epiſcopi obibat & peragebat vices. Aderat & Memnon, qui ad clavum Epheſinæ Eccleſiæ ſedebat: Juvenalius quoq; Hieroſolymorum. Iſti, unà cum totius Synodi conſeſſu cætero, ab impio Neſtorio impietatis ſuæ pœnas repoſcebant. Ille autem Antiochiâ ortus ad Orontem flumen ſitâ, atq; indè profectus, ſolium Conſtantinopolitanum haud ſanè legitimè conſcenderat. Infelix iſte homo de lutulentis Diodori & Theodori impietatum ſcaturiginibus, ubi potaverat ipſe, & mente ebrius eſſe cœperat, ad perniciem gregis ſui, abſurdas & abhorrendas quaſdam voces multorum auribus ingerebat. Chriſtum etenim, Dei Filium unicum, Deum noſtrum verum, qui propter nos & ſalutem noſtram carnis atque ſanguinis noſtri, ſimilis nobis factus, participavit, & in ſeipſum noſtram ſuſcipiens & ſubſtituens maſſam, unus è duobus contrariis

παρεζήλωσε. καὶ ὡς ἐκεῖνος τὸ πανάγιον Πνεῦμα τῆς τριαδικῆς μιᾶς θεότητός τε καὶ κυριότητος ἀλλοτριοῦν ἐφρυάττετο, οὕτως αὐτὸν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος καὶ τῆς ἱερωσύνης καὶ τῆς τῶν πιστῶν μερίδος καὶ συναυλίας οἷα δεύτερον ἠλλοτρίωσεν Ἄρειον. Τὸ δὲ πανάγιον καὶ ζωαρχικὸν Πνεῦμα, ἅτε δὴ ὁμοφυὲς καὶ ὁμοούσιον, ἰσοσθενές τε καὶ παντοδύναμον, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συμπροσκυνεῖσθαι καὶ συνδοξολογεῖσθαι, κατὰ τὰς πατρικάς τε καὶ θεολογικὰς φωνάς, ἀνεκήρυξαν· ἐκθερίσαντες τέλεον καὶ εἴ τι τῆς Ἀρειανικῆς σπορᾶς ζιζάνιον ὑπεφύετο. Τηνικαῦτα δὲ τὰς τῆς βασιλείας ἡνίας ὁ μέγας ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλης εὐφημίας ἄξιος περιεζώννυτο Θεοδόσιος, πρόμαχος καὶ αὐτὸς τῆς εὐσεβείας γνωριζόμενος. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν καὶ αὕτη ἡ ἁγία σύνοδος.

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τρίτη σύνοδος ἐν μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἐφέσῳ συνεκροτήθη· εἰς διακοσίους δὲ ἐπληθύνετο· ιά. Tertia Synodus.
Ἐν οἷς ἡγεμόνες ἐγνωρίζοντο, Κύριλλός τε ὁ ἐν πατράσι περιώνυμος, ὃς δι' ἀρετὴν καὶ σοφίας πλοῦτον τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως ἴθυνε τὸν θρόνον, καὶ τοῦ Ῥώμης Κελεστίνου τὴν καθέδραν ἀνεπλήρου καὶ τὸ πρόσωπον. μεθ' ὧν καὶ Μέμνων, ὁ τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας ἐμπεπιστευμένος τοὺς οἴακας· καὶ δὴ καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων, Ἰουβενάλιος. Οἵτινες σὺν παντὶ τῷ τῆς συνόδου πληρώματι, τὸν δυσσεβῆ Νεστόριον, ὧν ἠσέβει, δίκας εἰσεπράττοντο. ὃς ἐκ τῆς Ἀντιόχου, τῆς πρὸς τῷ Ὀρόντῃ, ὁρμώμενος, τὸν Κωνσταντινουπόλεως θρόνον οὐκ εὐαγῶς ἐγκεχείριστο. ἀλλ' ὅγε ταλαίπωρος οὗτος, ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Θεοδώρου θολερῶν τῆς ἀσεβείας ἐκροφήσας ναμάτων, καὶ εἰς φρενῶν μέθην ἐμπεσών, ἀπηχεῖς καὶ ἐκτόπους φωνάς, ἐπὶ λύμῃ τοῦ ποιμνίου, πολλῶν ἀκοαῖς ἐναπηρεύξατο. Χριστὸν γάρ, τὸν ἕνα Θεοῦ Υἱόν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, ὃς δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκός, ἡμῖν παραπλησίως, κοινωνήσας καὶ αἵματος, καὶ εἰς ἑαυτὸν τὸ ἡμέτερον ἐπισπασάμενος φύραμα, εἷς ἐκ δύο ἐσχημάτισε

τῶν

τῆς ἐναντίων, Θεὸς ὁ αὐτὸς ὑπάρχων καὶ ἄνθρωπος· εἷς Χριστὸς, εἷς Υἱὸς, ὁ αὐτὸς ἄνω ἐκ Πατρὸς ἀμήτωρ, καὶ κάτω ἐκ μητρὸς ἀπάτωρ· ὁ αὐτὸς καὶ οὐκ ἄλλος· ἓν πρόσωπον, μία ὑπόστασις· Τοῦτον δὴ τὸν ἕνα, Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, εἰς δύο τέμνειν καὶ διαιρεῖν ὑποστάσεις, ὁ τρισάθλιος ἐκεῖνος οὐ πεφρικὼς, τὸν μὲν ψιλὸν ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς τοῦ προσλαβόντος Λόγου, κατ' ἰδίαν ὑποστάσει, ἔπλαττε, τὸν δὲ Θεὸν ἀνὰ μέρος, καὶ γυμνὸν τοῦ προσλήμματος· ὥσπερ δεδοικὼς ὁ ἀνόητος, μή τι Θεὸς πάθοι, τὸ οἰκεῖον πλάσμα δι' ἄφατον φιλανθρωπίαν, εἰς θεραπείαν, καὶ ἀνάπλασιν ὑποδυόμενος. Οὐδὲ τοῦτο συνιδὼν, ὡς οἷς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τῆς τοῦ Λόγου ἐδίχαζεν ὑποστάσεως, ἀνίατον αὐτὴν καὶ ἀθεράπευτον ἀνεκήρυττε, καὶ τῆς ἰδίας ἔξαρνος σωτηρίας ἐγίγνετο. Ἀλλὰ γὰρ,
* ἴσ. ὡς καὶ. * τοὺς λογισμοὺς ὅλως ἐκ τούτων διαφθαρεὶς, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ κατὰ σάρκα μητέρα, τὴν παναγίαν παρθένον, τὴν κυρίως καὶ ἀληθῶς τὸν Θεὸν Λόγον σεσαρκωμένον τεκοῦσαν, οὐδὲ ταύτην καλεῖν Θεοτόκον ἠνέσχετο· ἀλλ' ὥσπερ τὸν υἱὸν ἀπεστέρει τῆς θεότητος, οὕτως ἠλλοτρίου καὶ τὴν γεννησαμένην τῆς Θεοτόκου
ιβ'. κλήσεως. Διὰ ὃ τοῦτον, ἀξίως τῆς τηλικαύτης ἀπονοίας καὶ τῆς βλασφήμου γλώσσης, τῶν μακαρίων πατέρων ὁ σύλλογος πάσης τε ἱερωσύνης ἐγύμνωσε, καὶ σὺν τῷ οἰκείῳ καὶ βδελυρωτάτῳ φρονήματι τῷ αἰωνίῳ παρέπεμψαν ἀναθέματι. τὸν δὲ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ὑποστάσει πατροπαραδότως καὶ ὁσιοπρεπῶς προσκυνεῖσθαι καὶ κηρύττεσθαι δογματίσαντες, ἀκολούθως καὶ τὴν πανάχραντον αὐτοῦ καὶ ἀειπαρθένον μητέρα κυρίως καὶ ἀληθῶς καλεῖσθαι καὶ ἀνευφημεῖσθαι Θεοτόκον παραδεδώκασιν. Ὃς γὰρ τὸν Θεὸν Λόγον, σαρκὶ γεννηθῆναι καταδεξάμενον, τέτοκεν, Θεοτόκος ἐνδίκως δοξολογεῖσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι ἐξουσίαν). Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μὲν καὶ αὕτη τὸ τέλος ἐσχήκει, ἡνίκα τὸν νέον Θεοδόσιον ἡ Ῥωμαϊκὴ πολιτεία γαληνοῖς ἑώρα ὀφθαλμοῖς τὴν πατρῴαν καὶ βασίλειον ἀρχὴν ἐκ τριγονίας διανύοντα.

conflatus dicebatur: Deus nempe idem atq; homo exſiſtens, unus Chriſtus, Filius unus; idem deſurſum è Patre ſine matre, qui deorſum erat è matre ſine patre: ipſe & non alius, eadem perſona, hypoſtaſis una: Hunc ſcilicet unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum infeliciſſimus ille nihil veritus in duas hypoſtaſes diſſecare & dividere, alteram merum & purum hominem confinxit in ſua propria hypoſtaſi ſubſiſtentem, ſeparatim à Verbo aſſumente, alteram verò diviſim Deum aſſumento omni corporeo denudatum: Veritus fortaſſis, quâ fuit ſtultitiâ, nè quid pateretur Deus, dum propter amorem erga homines inexplicabilem ſuam ipſius ſubiit creaturam, ut illam refingeret & perſanaret. Neq; illud animadvertit, quòd eo ipſo in quo naturam humanam ab hypoſtaſi Verbi ſeparavit, eandem planè inſanabilem atq; incurabilem prædicaverit; ipſéq; adeò ſuam propriam ſalutem averſetur, eam planè abnegando. Sed & ulteriùs, quaſi ratio ipſi penitus fuiſſet expectorata à perverſis hiſce opinionibus ſuis, pati noluit matrem ejus ſecundùm carnem, ſanctiſſimam nempe Virginem, quæ veraciter quidem at peculiari ſuo modo Deum Verbum incarnatum pepererat, Deiparam nominari: Sed uti Filium privarat Deitate, ità parentem ejus à titulo Deiparæ alienam fecit. Quocirca hunc, prout meritus fuerat per hanc ſuam inſaniam & linguam blaſphemam, ſacer hic beatorum Patrum conſeſſus omni ſacerdotio denudavit, &, unà cum ipſius propria & deteſtanda ſententia, ſempiterno ſubjecit anathemati. Dominum verò noſtrum Jeſum Chriſtum, in una & eadem Hypoſtaſi, more veteri & à Patrum traditione accepto, prædicandum & adorandum decrevere: Necnon, prout conſequens erat, immaculatam & ſemper virginem ejus matrem propriè & verè nominandam & prædicandam Deiparam prodidere. Eo enim ipſo quòd Deum Verbum, in carne dignatum naſci, peperit, Deiparam nec injuriâ & dici & coli & par & ſanctum eſt. Atq; hiſce ità determinatis finem ſuſcepit & iſta Synodus, quo tempore Theodoſium juniorem Romana Reſpublica oculis ſerenis intuebatur, regnum à patre acceptum ſuo, tertio jam ordine generis, gubernantem.

Sancta

Sancta & Oecumenica quarta Synodus religioſiſſimum Principem Marcianum præſentem vidit & conſpirantem, quæ veritatis dogmatum auditorium Chalcedonem Bithyniæ urbem celebrem conſecravit. Ad ſexcentos & triginta numerus pertingebat convenarum. Quorum præcipui dicebantur Anatolius, qui in ſacerdotale Regiæ urbis ſolium fuerat inunctus: Paſchaſinus quoq; & Lucentius Epiſcopali dignitate fulgentes, unà cum presbytero Bonifacio, locum Leonis ſanctiſſimi Papæ Romani obtinebant. cujus Leonis ingens gloria & multus pro pietate zelus. Aderant præterea Maximus Antiochiæ, & Juvenalius Hieroſolymorum. Iſti Eutychen infelicem & inſolentiſſimum illum ipſius protectorem Dioſcorum rationes reddere de impietate coegerunt. E diametro iſti contrarium Neſtorio errorem ſibi appropriaverant; unde in parem cum illo impietatem proruerant. Unicum enim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum à Divina natura agnitum & humana, atque in utraq; natura adoratum, ſummam per audaciam & ſtultitiam in unam naturam commiſcentes, confuderunt. Nec miſeri ut erant intelligebant, quòd per hanc irritam rationem illum alienigenam, à Paterna ſubſtantia diverſum, necnon differenti ab hominibus naturâ conſtantem, definirent. Nam ſi unica tantummodo ſit natura Chriſti, vel Divina prorſus ea fuerit, vel humana. Quòd ſi merè Divina ſit, ubi tunc humana? quòd ſi tantùm humana, fieri non poteſt quin negetur Divina. quod ſi quid diverſum ab utraq; natura fuerit (nam hoc in hac cauſa unicum iis relinquitur, & eò videntur propendere) quomodo non erit apud ipſos Chriſtus alterius cujuſdam & diverſæ naturæ cùm à ſuo Patre tum à nobis? quo quid magis impium aut delirum magis fingi poteſt? aſſerere nimirum Verbum Dei, Deum, hominem factum in eum finem, ut cùm Divinitas deſtrueretur propria, etiam aſſumta humanitas in nihilum redigeretur. Hoc enim ità planè conſequetur, ſi quis tueri auſus fuerit Chriſtum non alterius iſtarum, ſed præter iſtas alius naturæ

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη σύν- ιγ'.
οδος, τὸν ἐν βασιλεῦσιν εὐσεβέστατον Μαρ- Synodus quarta.
κιανὸν συμπαρόντα καὶ συμπνέοντα ἔχουσα,
τῶν ἀληθινῶν μὲν δογμάτων ἀκροατή-
ριον ἀνιέρου τὴν Χαλκηδόνα, πόλιν Βιθυνί-
ας οὖσαν ἐπίσημον, ἐν τριάκοντα δὲ καὶ
ἑξακοσίοις τὸν ἀριθμὸν ἐξετείνετο. ἧς λα-
γάδες ἐχρημάτιζον Ἀνατόλιός τε ὁ τῆς βα-
σιλίδος πόλεως τοὺς ἱεραρχικοὺς θεσμοὺς
* ἐγκεχρισμένος· καὶ δὴ Πασχασῖνός τε καὶ Λου- * Leg. ἐγκεχειρισμένος.
κίνσιος, ἐπισκοπικῷ διαπρέποντες ἀξιώ-
ματι, σὺν Βονιφατίῳ πρεσβυτέρῳ, τὸν τό-
πον ἐπέχοντες Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου πα-
πᾶ Ῥώμης· οὗ κλέος μέγα, καὶ πολὺς ὁ ὑπὲρ
τῆς εὐσεβείας ζῆλος. μεθ' ὧν Μάξιμός τε
ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὁ Ἱεροσολύμων Ἰουβενά-
λιος. Οἵτινες Εὐτυχῆ τε τὸν δυστυχῆ καὶ
τὸν προασπιστὴν αὐτοῦ τὸν ἀλαζόνα
Διόσκορον δυσσεβημάτων εἰς πράξεις ἀπή-
τησαν. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι, τὴν ἐκ διαμέτρου
Νεστορίῳ πλάνην οἰκειωσάμενοι, εἰς τὴν
ὁμοίαν ἐκείνῳ ἐξέπεσον ἀθλιότητα. Τὸν
γὰρ ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ
θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος γνωριζόμενον,
καὶ ἐν ταύταις ταῖς δυσὶ προσκυνούμενον φύ-
σεσιν, εἰς μίαν φύσιν τολμηρῶς καὶ ἀφρόνως
ἀνακίρναντες συνέχεον. ἐξ ὧν, τῆς τε πα-
τρικῆς οὐσίας ἑτερόφυλον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις
ἑτεροφυᾶ, οὐ συνίεσαν οἱ δείλαιοι συμπεραί-
νοντες. Εἰ γὰρ μία ἡ τοῦ Χριστοῦ φύσις,
ἢ θεία πάντως ἢ ἀνθρωπίνη ἔσται. ἀλλ' εἰ
μὲν μόνη θεία, ποῦ τὸ ἀνθρώπινον; εἰ δὲ
ἀνθρωπίνη*, πῶς οὐκ ἔξαρνοι τῆς θεότητος; * ἴσ. μόνη.
εἰ δ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα (τοῦτο γὰρ
ὑπολείπεται, καὶ πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτῶν
νεύει τὸ φρόνημα) πῶς οὐχ ἑτεροφυὴς αὐ-
τοῖς ὁ Χριστὸς καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ ἡμῶν ἀνα-
πλασθήσεται; οὗ τί ἂν δυσσεβέστερον ἢ ἀφρο-
νέστερον; ἄνθρωπον γενέσθαι φάσκειν τὸν τοῦ
Θεοῦ Λόγον καὶ Θεὸν, ἐπὶ τῇ φθορᾷ τῆς ἰδί-
ας θεότητος, καὶ ἐπὶ ἀναιρέσει τῆς προσλη-
φθείσης ἀνθρωπότητος; τοῦτο γὰρ ἕπεται
πάντως τοῖς μηδετέρας φύσεως, ἀλλ' ἑτέ-
ρας παρὰ ταύτας, τὸν Χριστὸν εἰπεῖν ἐκτολμήσασι. Διὸ καὶ τῆς τοσαύτης δυσ- ιδ'.

σεβείας οἱ τῶν χριστομάχων τούτων δογμάτων εἰσηγηταί, ἀξίαν τὴν δίκην δεδωκότες, ἀφῃρέθησάν τε τῆς ἱερωσύνης, καὶ ἀπὸ πάσης τῆς ἐκκλησίας γεγόνασιν ἀνάθεμα· συναπελαθείσης αὐτοῖς καὶ τῆς χριστομάχου αἱρέσεως. τὸ δὲ ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον τῆς ὀρθοδοξίας φρόνημα ἔτι μᾶλλον ταῖς γραφικαῖς τε καὶ πατρικαῖς μαρτυρίαις ἀνεκηρύχθη καὶ διέλαμψεν· Ἕνα τὸν Χριστόν, ἤτοι μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν, καὶ δύο τὰς φύσεις, θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα, ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἐνθεωρουμένας, τῶν τρισμακαρίστων ἀρχιερέων περιφανῶς θεολογησάντων, καὶ παραδεδωκότων ἀδιστάκτως ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν εἰς πάντα τῆς οἰκουμένης τὰ πέρατα. Δῆλον δὲ κἀντεῦθεν, ὡς δι' ὧν μὲν χωλοῖς αἱ βάσεις ὠρθοῦντο, καὶ τυφλοῖς τὸ πάθος εἰς ὀμμάτων βλάστην ὑπεφύετο, νεκροί τε τῶν πυλῶν ἀνεσπῶντο τοῦ ᾅδου, καὶ πρὸς τὸ ζῆν μετετάττοντο, αἵ τε ἄλλαι θεοσημεῖαι, ἃς οὐ ῥᾴδιον ἀριθμεῖν, ἐπετελοῦντο καὶ ἐνεδείκνυντο, τῆς θείας φύσεως ἐναργῶς παρεδηλοῦτο τὸ ἀξίωμα. δι' ὧν δὲ κόπους καὶ πόνους, καὶ δίψαν καὶ πεῖναν, καὶ τὰ τούτοις ὑφίστατο συγγενῆ καὶ παραπλήσια, τῆς ἀνθρωπίνης οὐσίας ἐλεγχοῦτο τὸ ἰδίωμα. ὧν τὰ μὲν θεοπρεπῶς, τὰ δὲ ἀνθρωποπρεπῶς, ὁ αὐτὸς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν ἐπιτελέσας καὶ διαπραξάμενος, μίαν μὲν αὐτοῦ καὶ ἑνιαίαν τὴν ὑπόστασιν, δύο δὲ καὶ διαφερούσας τὰς φύσεις, ἐν ἀσυγχύτῳ ἑνώσει, σαφῶς τε καὶ ἀναντιρρήτῳ λόγῳ παρέστησε καὶ ἐπιστώσατο. Ἀλλ' ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τετάρτης συνόδου.

ιε'. Quinta ſynodus. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πέμπτη σύνοδος, τέμενος μὲν ἱερὸν αὐτῇ ἡ Κωνσταντίνου μεγαλόπολις ἀφιέρωτο. πέντε δὲ καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν θεοφόρων πατέρων παρουσίᾳ καὶ συνδρομῇ ἐκρατύνετο. ὧν ἡγοῦντο καὶ προεξέλαμπον, Μηνᾶς μὲν τὴν ἀρχήν, εἶτα δὲ καὶ Εὐτύχιος, τῆς αὐτῆς βασιλίδος, ἐκ διαδοχῆς, τοὺς ἀρχιε-

participaſſe. Quocirca dignum ſuâ impietate ſupplicium ſubiere, qui dogmatum iſtorum, per quæ Chriſto bellum indicitur, autores fuerant, ſacerdotio nempe dejecti, & per omnes eccleſias anathemati ſubjecti, cum quibus & ipſa hæreſis expellebatur. Recta autem & orthodoxa ſententia, nullis vulneribus confoſſa, majorem in modum teſtimoniis & è Scriptura & è Patribus deductis confirmatur, præconiis celeberrima clareſcebat. Unum enim Chriſtum, id eſt, unicam ejus hypoſtaſin, naturam verò duplicem, Divinam nempe & humanam, inconfuſim & indiviſim conſideratam, per beatiſſimos hoſce ſacerdotes & theologos, in mundum univerſum & mundi extremos terminos, confeſsione & prędicatione agnoſcendam, clarè, perſpicuè & ſine hæſitatione propagabant. Hinc quoque liquet, quòd cùm claudis greſſus confirmarentur, & cæcis cæcitas in efflorefcentiam oculorum ſuccreſceret, cùm mortui ab inferni portis retraherentur, & in vitam denuo tranſmitterentur, necnon cùm & aliæ divinæ virtutes, quæ non eſt facilè enumerare, perpetrarentur. & in conſpectu omnium propalarentur, Divinæ naturæ dignitas & eminentia evidenter demonſtrabatur. Rurſus per id, quòd defatigationem, laborem, ſitim, famem ſuſtinuerit & paupertatem, atq; his ſimilia & congenita, proprietas humanæ ſubſtantiæ manifeſtabatur. Quædam iſtorum ut Deo dignum erat, alia pro conditionis humanæ modo, idem & unus Chriſtus, verus Deus noſter, cùm operaretur & perficeret, certè unam & unitate conſiſtentem hypoſtaſin ſuam, duas autem & diverſas naturas in unione illa inconfuſa, perſpicuè clarâ nec ullo pacto contradicendâ ratione tum exhibuit tum confirmavit. Atq; hactenus de quarta Synodo.

Sancta Univerſalis quinta Synodus ſequitur. Cui conveniendæ ſacrabatur, tanquam ſeptum ſacrum, magna Conſtantini civitas. Obtinuit autem vim & confirmabatur per præſentiam & concurſum quinq; ſexaginta centum Epiſcoporum. Horum duces & tanquam lumina fuerunt, Mennas quidem ab initio, tum Eutychius ſucceſſor, qui clavum Regiæ iſtius & Archiepiſcopalis

ſedis

ſedis moderabantur. Vigilius aderat (qui & ipſe Romam ſuſceperat procurandam) apud urbem quidem, Synodo tamen non interfuit, eò quòd nolebat ſponte ſe ad illum aggregare conventum. Ille autem nihilominus, quòd minimè volebat ſacri illius conſeſſûs ſodalitio intereſſe, fidem communi Patrum ſuffragio editam, libello ſuo dato, confirmavit. Hiſce aderant Apolinarius Alexandriæ, Domnus dignitate Antiochenæ eccleſiæ Archiepiſcopali prediti. Aderant Didymus & Euagrius, locum tenentes Euſtochii Hieroſolymitani Archiepiſcopi. Per id temporis Juſtinianus maximus Imperator, Romani principatûs curam manibus gubernabat, & cum eccleſiaſticis dogmatibus conſpirabat. Hæc itaq; ſancta & univerſalis Synodus impura Neſtorii dogmata repullulaſcentia penitus iterum demeſſuit, unà cum zizaniorum ipſo ſeminatore: Et poſt eum, Theodorum atque Diodorum: quorum iſte Tarſi civitatis, ille autem Mopſueſtiæ Epiſcopus erat. Iſti enim Neſtorio priores illam ipſam hæreſim parturiebant, & poſt ſe defunctos, ſcriptis traditos reliquere ſpuriæ ſuæ ſententiæ ſpurios partus. Condemnavit inſuper & anathemate feriit Origenem, Didymum, Euagrium, ab antiquis temporibus in fide languidos, quippe qui in eccleſiam Dei ſubintroducere Paganorum fabulas tentaverant. Delirabant enim, Animas ante corpora præexſtitiſſe, necnon, Unam & eandem animâ multa corpora ſubingredi. impium dogma & conſpuendum, nullis dignum præter ipſos fautoribus. Finem quoque & terminum ſupplicii interminabilis conſtituebant: quæ eſt maxima omnium ad peccandum illecebra & præcipitium in ruinam ducens. Sed & impiis dæmonibus ſuum antiquum locum & dignitatem largiebantur: nam regreſſum illis ad cœleſtem gloriam patefactum iri docebant, unde olim exciderant. Sed nec corpora cum ſuis animabus conjuncta reſurrectura fingebant, ſed nudas animas ſine corporibus. neſcio quam rem interea comminiſcentes Reſurrectionem, ſiquidem Reſurrectio illius eſt quod conciderat & moriebatur, non ejus

lis, qui eſt omnium rerum pulcherrimus & pretioſiſſimus. Ab illo emanat ſubſtantia omnis & conſiſtentia; ab illo providentia & bonorum exhibitio; perfectio omnis, & affectuum omnis emundatio. Quocirca ſi ab oratione nulla alia utilitas egrederetur, iſtud tamen unicum apud homines Deum diligentes & videndi curioſos inſtar omnis alterius oblectamenti, omnis quæ in vita contingere poteſt beatitudinis & felicitatis, eſſet abunde ſuffecturum. Aſt cùm per eandem peccatorum obtinemus remiſſionem, & quicquid nobis conducibile ſit recipimus, donis donati optimis, & perfectos facientibus recipientes, necnon in ſe ſpecioſiſſimis; ad operandum ea advocamur quæ inexplicabilia omnia nobis conferre ſolent: Per gratiarum portò actionem, quam in precibus expedimus, benefactorem quaſi remuneramus, & tanquam quaſdam illi primitias offerimus, præſentes animi noſtri affectiones & motus, doxologias quoque ab intelligibili noſtra & rationali natura reſultantes. Cùm igitur tot & tanta per orationem procurentur, quomodo non æquum ſit, ut nos alacriter in illa extendamus, eam vehementiùs depereamus & omni modo amplectamur. Orato igitur indeſinenter privatim & apud te Deum: ſed & palàm & unà cum multitudine orato. Certè per utrumque orandi modum, ut Deum amantem decet, obſervatum ſanctificatio habetur. In quantum verò prius illud ad mentis tuæ conducit puritatem, in tantum id quod ponitur ſecundo loco, intuentes in imitationem vocat. Et alterum quidem privatis commodis inſervit, alterum inſuper conducit & alienis. Illorum porrò ſalus & in virtute progreſſus illuſtre admodum teſtimonium virtuti Imperantis perhibet.

Templa Deo & ſanctis ejus ſecundùm leges ædifica eccleſiaſticas: Eò populus convenire in cœtus aſſueſcat, in eum finem ut communibus votis Deum propitium facientes, & communiter doxologiam ei offerentes, ità magis cùm in communem concordiam coaleſcant, & communem referant cùm ſalutem tum etiam alias utilitates.

Sacrificia ſacrata noſtræ religionis ſpectant ad ſacerdotes: quibus ſi liben-

ter

ter te accommodabis, & oblationes tuas dederis, & benevolentiam ex eo facto, & ſimul gratiam indè non vulgarem reportabis. Poteris autem, modò animus adſit, & tute per te pulcherrimum Deo offerre ſacrificium & delectabile, ſi vitam ipſi puram & animum rectum pulchrè obtuleris.

Ad rei verò totius publicæ adminiſtrationem cùm intelligas plurimùm conferre mentis valentiam & agilem dexteritatem, noli curam hanc obire negligentiùs. Et certè prudentiam in procinctu non habebit ille qui non eſt à natura ad illam comparatus. Meditatio ſedula, experientiáque rerum, quæ cognitionem ad manum ſuppeditant, non rarò virum uſu exercitatum faciunt multò acutiùs in procinctu videre quàm alios quibus à natura hæc facultas conceſſa eſt. Quocirca providentiam decet exercere per totum totius vitæ curſum. Acquiritur illa autem dum recolimus & meditamur res olim geſtas, dum congreſſum affectamur & familiarem ſermonem prudentium in vita exſiſtentium, dum rerum quotidianam experientiam colligimus. Actio enim acquirit vires per imitationem, conſilium & operationem, atque ità Divino non adverſante auxilio in finem commodum conducit.

Habitum, figuram, motum corporis noli tanquam vilia contemnere. Ordo enim in illis qui eſt optimus obſervatus, & diſpoſitio præclara, non minima videtur eſſe prudentiæ portio. Illi autem quibus non eſt poſitum in proclivi vim, facultatem, pulchritudinem in anima deliteſcentem intueri, facilè ducuntur externis ſpectaculis, & rerum oculis non ſubjectarum exinde amatores exſiſtunt & præcones. Ideo decet vultu bene diſpoſito, comâ exornatâ, veſtitu & amictu gravitatem præ ſe ferre & decorem: non ad mollitiem vel curioſitatem deviare, nec ultra quam par eſt ad neglectum transferri. Dedecet enim utrumq; & contemtum parit, & abhortet à principis viri ratione & ſtatu. Sed & principem decet inceſſus bene compoſitus: nam nec moveri debet diſſoluto & muliebri motu, neque rurſus novitatem affectare per confertum, perturbatum, diſparem in-

θύμως καὶ προσφέρειν, πολλῆς τῆς διὰ τούτων ἀπολαύσῃς καὶ εὐεργεσίας καὶ χάριτος. δύναιο δ' ἂν καὶ σύ, βουληθείς, κάλλιστον ἀνιερουργῆσαι Θεῷ θῦμα καὶ ἐρασμιώτατον, βίον αὐτῷ καλλιερούμενος καθαρόν, καὶ διανοίας ὀρθότητα.

Εἰδὼς δὲ ὡς μεγάλη ῥοπὴ πρὸς τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν, ῥώμη καὶ τάχος διανοίας, μηδὲ ταύτης ἀφίστασο τῆς ἐπιμελείας. ἀγχίνουν μὲν γὰρ οὐκ ἔστι γίνεσθαι τὸν μὴ φύσει τοῦτο πεφυκότα· μελέτη δὲ καὶ πραγμάτων πεῖρα, πρόχειρον ἐμποιοῦσαι τὴν γνῶσιν, πολλάκις ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔργοις ὀξύτερον ἔδειξαν τὸν ἐγγεγυμνασμένον, ἢ τοὺς ταύτης τῆς δυνάμεως κατὰ φύσιν μετεσχηκότας. δι' ὃ φρόνησιν ἀσκεῖν προσήκει διὰ βίου· αὕτη δὲ περιγίνεται μελέτῃ μὲν καὶ μνήμῃ πράξεων πρεσβυτέρων, ὁμιλίᾳ δὲ καὶ συνουσίᾳ τῶν περιόντων ἀνδρῶν φρονίμων, καὶ ἐμπειρίᾳ δὲ τῶν κατὰ τὸν βίον πρακτέων. πρᾶξις γὰρ μιμήσει καὶ βουλῇ καὶ διαχειρήσει κράτος συλλαβοῦσα, τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς οὐκ ἀντιπραττούσης, εἰς συμφέρον τέλος ἀποβαίνει. λγʹ.

Μηδὲ τῶν περὶ τὸ σῶμα δὲ ἠθῶν καὶ σχημάτων καὶ κινήσεων, ὡς εὐτελῶν, ὑπερόρα· καὶ γὰρ καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς ἀρίστη τάξις καὶ κατάστασις οὐκ ἐλάχιστον μέρος φρονήσεως ἔδοξεν εἶναι· καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσοι μὴ συνιδεῖν εἰσιν ἐκ τοῦ ῥᾴστου δεινοὶ τὴν ἐν τῇ ψυχῇ δύναμιν καὶ τὸ κάλλος, οὗτοι τοῖς ἔξωθεν θεάμασι ξεναγούμενοι, καὶ τῶν ἀδήλων ἐρασταὶ καὶ ἐπαινέται καθίστανται. Διὰ τοῦτο δεῖ καὶ προσώπου διαθέσει, καὶ κόμης ἀσκήσει, καὶ περιβολῇ ἐσθῆτος κόσμιον ὁρᾶσθαι καὶ σεμνόν, μήτε εἰς τὸ βλακῶδες καὶ περίεργον ἐκφερόμενον, μήτε πάλιν παρὰ τοῦ μετρίου πρὸς τὸ ἠμελημένον καθελκόμενον. ἑκάτερον γὰρ ἀπρεπὲς καὶ εὐκαταφρόνητον, καὶ ἀρχικῆς πολιτείας ἀλλότριον. Καὶ βαδίσματος δὲ πρέπει τῷ ἄρχοντι εὐταξία, μήτε εἰς τὸ θηλυπρεπὲς καὶ ἔκλυτον ἀσχημονοῦντι τὴν κίνησιν, μήτε μὴν εἰς τὸ ἀθρόον καὶ τεταραγμένον καὶ ἀνώμαλον ταύ- λδʹ.

τὴν ἐκπιαπρίζοντι· καὶ ὅλως, πᾶσα κίνησις τάξει κοσμείσθω.

λε'. Δεῖ δὲ καὶ τὸ ἐν λόγοις τάχος εὐλαβεῖσθαι. ταχυλογία γάρ, ἐν μὲν ἀγωνιστικαῖς διαλέξεσι καὶ ἁμίλλαις, οὐκ εὐκαταφρόνητον ἴσως, οὐδὲ ἀγεννές· ἐν ὁμιλίᾳ δέ, ἀνόητον καὶ ἐπισφαλές· ἐν δὲ προστάγμασι, καὶ μάλιστα τοῖς πολιτικοῖς καὶ κοινοῖς, εὐτελὲς καὶ ταπεινόν. Ἐντελέστερον δ' εἰπεῖν, ταχύτης ἐν πράξει καὶ λόγοις καὶ κινήμασι, σὺν εὐταξίᾳ, θεῖον μέν τινα καὶ ὑπερφυῆ ἀποφαίνει τὸν ἔχοντα. σπάνιον δέ, καὶ συνελθεῖν ἅμα πάντα χαλεπώτατον. τὸ δὲ ἐν τούτοις σύμμετρον σὺν εὐταξίᾳ, σεμνόν τε καὶ ἀξιάγαστον, καὶ μεστὸν ὄγκου καὶ σὺν εὐλαβείᾳ, ποθεινὸν ὁρᾶσθαι παρασκευάζει, καὶ ἄρχειν ἐπιτηδειότερον, εἴπερ καὶ ἐν τοῖς ἀρίστοις ἐστί τι τῷ πλήθει ἐρασμιώτερον. ταχύτης δὲ σὺν ἀταξίᾳ, ἔμπληκτον καὶ μανικόν, καὶ παραδιορθοῦν ἐνίοτε μεγάλα, καὶ σφάλλον ὡς τὰ πολλὰ παραπλήσια. ἡ δὲ σὺν ἀταξίᾳ βραδύτης, νωθρὸν καὶ ἠλίθιον, καὶ σφάλλει μὲν ἐνίοτε καὶ μεγάλα, κατορθοῖ δὲ ἐλάχιστα, καὶ ταῦτα λίαν ταπεινά, καὶ πρὸς τὰς λοιπὰς ἐκείνου πράξεις μόνον παραμετρούμενα, κατορθώματα.

λϛ'. Τὸ πρὸς γέλωτας διαθρύπτεσθαι, μετὰ τοῦ ἀσχημονεῖν τὴν μορφήν, καὶ τοῦ ἤθους ἐστὶν ἐξυβρίζειν τὴν εὐστάθειαν.

λζ'. Αἰσχρορρημοσύνης δὲ πάσης καὶ ἀκοὴ καὶ γλῶσσα καθαρευέτω. ἃ μὲν γάρ τις ἀκούων ἥδεται, ταῦτα καὶ λέγειν οὐκ αἰσχύνεται· ἃ δέ τις λέγων οὐκ αἰσχύνεται, ὅτι καὶ πράττειν οὐκ αἰσχυνθήσεται, μεγάλην παρέχει ἀπόδειξιν. Δι' ὅλου δέ, γλώσσης φυλάσσου παρολισθῆσαι. ῥήματι γὰρ βραχυτάτῳ πολλάκις ὑποσφαλεῖσα, μεγάλην ἤνεγκε ζημίαν, αὐτοὺς τοὺς περὶ τοῦ ζῆν ἐσχάτους ἀναρρίψασα κύβους.

λη'. Ἔχε τὰ ὦτα τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἀνεῳγμένα, πρὸς δὲ τὰς τῶν ἀδικούντων ἐπαγωγὰς καὶ πιθανολογίας ἀποκεκλεισμένα.

λθ'. Χείλη δὲ κατήγορα, καὶ συκοφαντίας, ἀποστρέφου· πολλάκις γὰρ παῖδας κατὰ πα-

greſſum. omnis autem corporis motio ordine omnino diſponatur.

Cavenda eſt & in ſermone velocitas. Eſt autem illa forſitan alicujus uſûs in contentioſis & eriſticis congreſſibus, nec virum dedecet generoſum: ſed ſtulta eſt & periculoſa, adhibita ſi ſit in colloquiis familiaribus: In mandatis dandis, politicis præſertim & rem ſpectantibus communem, humilis eſt & nullius pretii. Exaccuratè dicere, celeriter perficere actibus, ſermonibus, motibus, cum decore verſari, divinæ fortis illum eſſe & ultra communem arguit qui ità comparatus eſt. Verùm rarò admodum & difficulter contingit ut ſimul omnia in unum conſpirent. moderatio ornata, gravitas viſu digna, cum pondere quodam & cautione conjuncta, ea poſſidentem conſpicuum cum jucunditate quadam, & ornatum reddit ad imperandum, &, ſi quid vulgus quod optimum cenſetur adamare queat, placitum. Volubilitas verò ſine ulla diſpoſitione vel ordine furioſum quiddam & inſanum videtur: ſæpius aberrat à recto, etiamſi aliquando prodeſſe poterit vehementer. Tarditas cum confuſione, ſtultum quid, imbelle: aberrare videtur plerunque, & quidem in magnis, licèt interdum aliquid perficiat boni; ſed illud tenue & nullius pretii, quódque non aliter habeatur bonum, quàm collatum ad cæteras ejus actiones.

Riſu-diſrumpi, cum deformitate vultûs & morum dedecore, conſtantiam & gravitatem contumeliâ afficit.

Immunis ſit cùm auditus tum etiam lingua à turpiloquio. Quæcunque cum voluptate quis audire geſtit, illa eadem effari non pudefit: & quæ quis dicere non erubeſcit, certè nec erubeſcet perpetrare. cujus rei ità edidit demonſtrationem. Omnino caveas nè linguâ prolabaris. ſępe enim vel leviſſimo ſermone lapſa, ingens intulit detrimentum, & certò de capite periclitata eſt, jecítque aleam.

Aures præbe patulas injuriâ affectis, clauſas contrà ad afficientium injuriâ lenocinia & probabiles inductiones.

Labia accuſatoria & ſycophantica aſſpernere: nam non rarò & liberos furere

in

in parentes, & parentes in liberos, adegerunt, vitę vincula & connexiones diſruperunt, & in ſe invicē conſanguineos excitarunt. Quid autē illa minora commemoro? vel unica ſycophãtæ vox civitates & domos integras ſubvertit ſæpe.

Nè ſis in amicitia ineunda velox; initam verò omni modo nexu conſerva indiſſolubili, totum in te proximi derivans onus, niſi fortè cum periculo tuæ animæ jungatur. Certamina & diſcordiæ inter amicos in contemtum adducunt univerſum hominum propoſitum & diſpoſitionem: nec culpæ tantùm obnoxii, ſed & ſine culpa qui ſunt, in eandem ſuſpicionem trahuntur. Illorum fruere amicitiâ qui cum aliis ſine fuco ſinceram ſemper amicitiam cuſtodierunt; qui nec oculo invido intuiti ſunt florentes, nec poſitos in adverſis neglexerunt. Exſtitere multi qui tulerunt opem afflictis & auxiliati ſunt amicis, at felicitatem in proſperis eorum ferre nequivere: quos neutiquam redarguit oblata commiſerandi occaſio, illos affectus invidiæ palàm fecit. Habe ergò tibi amicos non malos ſed optimos. Certè qui in amicos eliguntur, mores & diſpoſitiones propalant ipſos eligentium. Per probos & honeſtos, ſi quis in aliquo lapſus ſit, tacitè in amiſſum locum reducetur: Improbi bonitatem quâ quis præditus eſt depopulantur. Probi, ſi quid deſit de virtutis menſura, è ſuo penu ſupplendo, defectum tollunt & reſarciunt: ſed cum improbis converſatio, quicquid boni ſit reliquum, declarat eſſe adulterum. Noli ab amicis libenter ea quæ delectent audire, potiùs autem cum veritate juncta: Si enim inimicis nè verum quidem dicentibus fides adhibenda, & id quod verum eſt ab amicis deperiit, eò quòd id quod dulciter arridet tantùm proloqui voluerint, unde erit ut in veritatis cognitionem, ad illam converſi, deducamur? unde ut ab iis diſcedamus quæ nos parùm piè interdum dicimus vel facimus? Exiſtima idcirco plurifariam differre aſſentatores ab amicis. Illi coràm laudantes & in os, nullo ſenſu te affici permittent eorum quæ ſunt à te minùs rectè geſta; apud alios autem calumniando, majora eſſe quàm ſunt revera clamabunt: Amici verò, repre-

τέρων, καὶ πατέρας ἐξέμηνε κατὰ παίδων, καὶ βίον ἔχθιστον, συζυγίας καὶ συγγενεῖς ἐπανέστησε κατ᾽ ἀλλήλων. καὶ τί λέγω; πόλεις ὅλας καὶ οἰκίας ἀνέτρεψε μία φωνὴ συκοφάντου.

Μὴ ταχὺς ἦσθα ζευγνύειν εἰς φιλίαν· μ.
συζεύξας δὲ, παντὶ τρόπῳ τὸν δεσμὸν ἄλυτον συντήρει, ἅπαν τοῦ πλησίον ἀνέχων τὸ βάρος, πλὴν εἰ μήπω ψυχῆς κίνδυνον ἐπάγει· αἱ γὰρ πρὸς τοὺς φίλους διαστάσεις τὴν ὅλην προαίρεσιν ἐκφαυλίζουσι τῶν ἀνθρώπων, καὶ οὐ τὸν ὑπαίτιον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναίτιον εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόνοιαν κατασπῶσιν. Ἐκείνοις δὲ κέχρησο φίλοις οἳ πρὸς ἑτέρους κατὰ πάντα καιρὸν ἄδολον διεσώσαντο τὴν φιλίαν, καὶ μήτε εὐπραγοῦσι βασκανίας ἐπέβαλον ὀφθαλμὸν, μήτε ἠμέλησαν δυσπραγούντων. πολλοὶ γὰρ κακῶς μὲν πράττουσιν ἐπικουρῆσαί τε καὶ συναρῆξαι τοῖς φίλοις, εὖ δὲ φερομένων, ὁρᾷν οὐκ ἤνεγκαν τὴν εὐημερίαν· καὶ οὓς οὐκ ἤλεγξε καιρὸς συμπαθείας, τούτους ἐφώρασε τὸ πάθος τοῦ φθόνου. Κτῶ τοίνυν φίλους, μὴ τοὺς φαύλους, ἀλλὰ τοὺς ἀρίστους. ἐκ γὰρ τῶν φιλουμένων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται τὰ ἤθη τῶν φίλων· καὶ διὰ μὲν τῶν σπουδαίων ῥᾷστον ἄν τις,* καὶ περισφαλεὶς, ἐπαναχθείη· οἱ φαῦλοι δὲ καὶ τὴν προσοῦσαν λυμαίνονται καλοκαγαθίαν. καὶ οἱ μὲν καὶ τὸ λεῖπον εἰς ἀρετὴν, δι᾽ ἑαυτῶν ἐπιτεχίζοντες, ἀνελλιπεῖς φαίνεσθαι ποιοῦσιν· ἡ δὲ πρὸς τοὺς φαύλους ἐπιμιξία, καὶ ὅσον ἐστὶν ὑπόλοιπον ἀρετῆς, νόθον ἀποφαίνει. Μὴ ζήτει δὲ παρὰ φίλων ἀκούειν τὰ ἡδέα, ἀλλὰ τὰ ἀληθῆ μᾶλλον· εἰ γὰρ ἐχθροῖς μὲν, οὐδ᾽ ἀληθεύουσι, πιστευτέον, φίλοις δὲ διέφθορε τὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸ ἡδὺ λέγειν ζητοῦσι κἀκεῖνοι, πόθεν ἡμῖν ἀλλαχόθεν ἡ τῆς ἀληθείας* ἔσοιτο γνῶσις, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ,* τῶν οὐκ εὐαγῶς ἐνίοτε παρ᾽ ἡμῶν λεγομένων ἢ πραττομένων*; Διὸ μέγιστον ἡγοῦ φίλους κολάκων διαφέρειν. οἱ μὲν γὰρ κατὰ πρόσωπον ἐπαινοῦντες, σέ τε τῶν, ὡς εἰκὸς, ἁμαρτανομένων συναίσθησιν λαβεῖν οὐκ ἐῶσι, καὶ μείζω ταῦτα πρὸς τοὺς ἄλλους ταῖς διαβολαῖς ἀποτελοῦσιν· οἱ δὲ γνήσιοι, τῷ διὰ φιλίας ἐλέγχῳ, συνιδεῖν τὸ

* τῶν περισφαλῆ.
* ἔσται.
* ἢ τῶν.
* ἴσ. -των ἀποστροφῆς

 προ-

παραινομηθὲν μᾶλλον δυναμῶσι, κἂν τι δέῃ πρὸς τοὺς ἔξω λέγειν, ἀντὶ κατηγορίας ἀπολογίαν τοῦ πραχθέντος ἐκμηχανῶνται. Ὅσον οὖν τοῦ ἐπὶ κακίαν προκόπτειν τὸ ἀρετὴν ἀσκεῖν διενήνοχε, καὶ τοῦ διαβάλλεσθαι ἐν τοῖς ἀρχομένοις τὸ τὰς διαβολὰς διαλύειν, τοσοῦτον δεῖ παρά σοι τοὺς εὔνους πλέον ἔχειν τῶν κολάκων.

μα'. Τῶν ἀπορρήτων, ἃ μὲν τὴν σὴν ἀρετὴν αὐξάνει, κοινώνει τοῖς φίλοις· ἃ δὲ τὴν γνώμην φαυλίζει, μήτ' αὐτὸς μετέρχου, μήτε τοῖς φίλοις ἀνατίθει· ἄριστον μὲν γὰρ τοῦτο καὶ χωρὶς αἰτίας ἑτέρας. Πλήν γε δή, καὶ εἰς κόρον, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα, τοῦ φίλου τραπέντος, μᾶλλον τῆς παραινέσεως τὸ χρήσιμον καθορᾶται· τὸ μὲν γὰρ φαῦλον τῶν κρυφίων, τότε μάλιστα τοὺς λογισμοὺς τοῦ συνεγνωκότος ὑποτρέχον καὶ διακυμαῖνον, θᾶττόν τε, καὶ σὺν οὐδενὶ ὄκνῳ, τῆς ἀγάπης ἀποστήσει, καὶ πρὸς ἐπιστροφὴν ἰδεῖν οὐκ ἐάσει· σοί τε διαβολὴν βαρεῖαν, ἔκφορον γεγονός, ἐποίσει, καὶ πρὸς τὸν ἐξειπόντα χαλεπώτερον διαθήσει. τὸ δὲ χρηστὸν τόν τε συνεγνωκότα ῥαγῆναι τῆς φιλίας ἐπικωλύσει, δεσμῷ κρατίστῳ, τῇ ἀρετῇ, βιαζόμενον, καὶ εἰς ἔπαινον τῆς σῆς ἀγλαΐας γνώμης ἐπὶ νοῦν ἐρχόμενον, διαναστήσει, καί σε δηλονότι ταῦτα συνορῶντα, οὐκ ἀηδῶς ἀναλαβεῖν, εἴ τι παρηνέχθης, τήν τε πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν καὶ τὴν ἐν τῷ πόθῳ σχέσιν ἀναπείσει. Ἀεὶ μὲν οὖν φίλους εὐλόγει, μάλιστα δὲ τοὺς ἀπόντας ἐπὶ τῶν παρόντων. οὕτω γε γὰρ καὶ τὸ τῆς κολακείας διαφύγοις, οὐδ' ἴχνος αὐτῆς ἐν σοὶ φαίνεσθαι παρασκευάζων, καὶ τοῖς φίλοις ἴση πράττων κεχαρισμένα, τοιοῦτον σεαυτὸν εἶναι τοῖς παροῦσι πιστώσας, οἷος αὐτοῖς περὶ τῶν ἀπόντων ἐγνώσθης.

μβ'. Οὕτω δὲ σεαυτὸν φιλίᾳ περιφράξας, ἔσῃ τοῖς μὲν εἰς ἑτέρους καὶ εἰς τὰ κοινὰ πλημμελοῦσιν ἀπαραίτητος, τοῖς δὲ εἰς σὲ ἁμαρτάνουσι συμπαθέστατος. διὰ μὲν γὰρ ἐκείνου εὐνομία ἔσται τῇ πολιτείᾳ, καὶ ἡ σὴ περὶ τοὺς ἀρχομένους ἐπίδηλος σπουδὴ καὶ κηδεμονία·

henſione ſuâ amicâ, peccatum ut videte poſſis meliùs, efficient; quòd ſi opus ſit apud alienos de eo verba facere, non illi accuſationem ſed apologiam meditantur. In quantum igitur virtutis exercitium progreſſum in malis antecedit, & ſatius eſt apud ſubjectos criminibus abſolvi quàm accuſari, in tantum te oportet benevolos omnibus adulatoribus anteferre.

De ſecretis, illa quibus in te virtutis ſtudium augeatur amicis imperti. ſed quæ judicium depravant, illa nec actites, nec apud amicos deponas. Eſt hoc quidem optimum factu ſine ullo alio reſpectu. Quòd ſi, ut fit in humanis rebus, amicorum ſatietas te ceperit, hîc ſcio id quod utile eſt admonitione præferes. Malum enim ſiquid in ſecretis fuerit, tunc imprimis mentem & cogitationem hominis conſcii alicujus ſubiens, tumultu implet, quantocyùs certè nec gravatè recedit ab amicitia, ità ut nec admittat revertendi aut reſpiciendi animum.propalam verò idem factum magno tibi futurum eſt dedecori, & in eum qui palàm fecit, implacabiliotem faciet. Bonum verò quidvis illum qui eſt conſcius non patitur ab amicitia divelli, cùm virtutis fortiſſimo vinculo conſtringatur: & ad laudem optimæ tuæ & præclaræ voluntatis, animo cùm ſit repræſentatum, excitabit adhuc magìs, neque tu qui tibi ſcilicet eorum conſcius es, ægrè perſuadeberis illum, ſi quid perperàm commiſſum eſt, ad familiarem iterum congreſſum & fruitionis deſiderium admittere. De amicis igitur ſemper optimè loquaris & perſuaſus ſis, abſentibus præſertim, idque cotam aliis: Ità & ſuſpicionem adulandi evitabis, cùm nec vel leviter impreſſum apud te veſtigium illius vitii reſidere perſuaſum dabis, & amicis quæ grata & accepta ſunt facies. Præſentes enim opinabuntur te eundem erga ipſos futurum aliàs, quem agnoverint ipſi erga abſentes te fuiſſe.

Ad hunc modum ubi te amicis communiveris, eris in illos qui contra alios tum etiam in rempublicam deliquerint, implacabilis; ſed commiſericors in eos qui te offenderint. Ità enim fiet, ut rectè in republica procedant leges, & bene cognita & perſpecta erit illa cura & ſolici-

ſolicitudo quam erga ſubditos geris. Ità quoque fiet, ut intelligatur quàm humanus ſis,& benè animatus. qui mores regem cùm deceant,in te erunt prędicabiles. Tyranni plerunque negligunt & inſuper habent injurias communitati hominum atque aliis irrogatas, ſed ſuas ipſorum proprias rigidiſſimè ſolent vindicare: Regem verò, qui ſecundùm juſtitiam imperium adminiſtrat,decet ſuas injurias humaniter condonare, ſed communes & aliis irrogatas cum juſtitia reformare & diſponere.

Ut magnam is meretur laudem, qui cùm ſummam habeat lædendi poteſtatem, juſtum tamen ſe exhibet; ità multo vituperio dignus, qui cùm nullâ re indigeat neceſſariâ, manus tamen rebus alienis injicit. Indigenti ſiquidem excuſatio eſt paupertas, licèt non admittenda, ſi deliquerit contra juſtitiam: ſed qui, cùm poteſtatem habeat, nec ullâ re indigeat, injuriam facit, prorſus eſt ſine omni excuſatione.

Quantò quis majorem poteſtatem obtinet, tantò majori virtute debet is præcellere. Qui contrà facit,tria ſimul admittit improbiſſima:ſe perdit ipſum; intuentes ad peccandum allicit; Deum facit blaſphemari, qui tam improbo tradidit poteſtatem. Quocirca decet unumquemque malum declinare; ſed ante alios, eos qui ſunt cum imperio.

Ità ergò ſubditis tuis impera, ut nequaquam tyrannidi, ſed eorum confidas benevolentiæ. Eſt enim benevolentia & longè excellentius & multò tutius firmamentum quàm metus. Illud autem acquiritur virtutem poſſidendo, & labores curámque erga ſubditos impendendo. Ità fiet ut vitam verè vitalem & regiam agas ipſe,atque illos dum tutos & incolumes præſtas ab inſidiis & calamitatibus præter jus illatis, gloriam tibi partam immortalem conſervabis.

Leges exactiſſimè latas laudato & amplectere: Illas porrò intuendo, vitam tuam dirige: noli autem juxta illarum legum calculos pœnas inexorabiles ſubditis tuis irrogare; potiùs autem clementioribus inſtitutis illos eruditos tege. Ità fiet, ut dum exactam in teipſo rationem inis, metuendus vi-

διὰ δὲ τούτου τὸ φιλάνθρωπον τῆς γνώμης καὶ ὁ βασίλειος ὡς ἀληθῶς ἀνακηρύττεται τρόπος. οἱ μὲν γὰρ τύραννοι τὰ κοινὰ τῶν ἀδικημάτων καὶ τὰ εἰς ἀλλήλους πολλάκις ὑπεροραῶσι, πικρῶς δὲ τὰ εἰς ἑαυτοὺς ἐξετάζουσι· βασιλέως δὲ ἐστι καὶ ἀρχῆς ἐννόμου ταύτης ἔργον, τὰ μὲν εἰς ἑαυτὸν φιλανθρώπως φέρειν, τὰ δὲ εἰς κοινὰ καὶ εἰς ἀλλήλους δικαίως εὐθετεῖν καὶ διεξάγειν.

Ὥσπερ πολλῶν ἐπαίνων ἄξιος, ὁ μεγάλην ἐξουσίαν τοῦ ἀδικεῖν λαβὼν, καὶ τὰ δίκαια πράττων· οὕτω πολλῶν ὑπεύθυνος ψόγων, ὁ μηδενὸς ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων, καὶ εἰς τὰ ἀλλότρια τὰς χεῖρας ἐκτείνων. ἀνδρὶ μὲν γὰρ πενομένῳ πρόφασις, εἰ καὶ παράλογος, τοῦ ἀδικεῖν, ἡ πενία· ἀνὴρ δὲ δυναστείαν ἔχων, καὶ ἀπορίαν οὐκ ἔχων, ἀναπολόγητον ἔχει τὴν ἀπὸ τοῦ ἀδικεῖν ἁμαρτίαν. μγ'.

Ὅσῳ δέ τις προέχει τῇ ἀρχῇ, τοσούτῳ χρεωστεῖ προτεύειν καὶ τῇ ἀρετῇ. ὁ δὲ τοὐναντίον ποιῶν, τρία ἅμα, καὶ κάκιστα, ἐπιτελεῖ· ἀπόλλυσιν ἑαυτόν· τοὺς ὁρῶντας εἰς κακίαν προσκαλεῖ· βλασφημεῖσθαι παρασκευάζει τὸν Θεὸν, ὅτι τοιούτῳ τηλικαύτην ἐνεχείρισεν ἀρχήν. διὰ τοῦτο παντὶ μὲν ἀνθρώπῳ φευκτέον ἡ κακία, μάλιστα δὲ τοῖς ἐν τῇ ἀρχῇ. μδ'.

Ἄρχε τοίνυν τῶν ὑπηκόων, μὴ πεποιθὼς τυραννίδι, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀρχομένων εὐνοίᾳ. εὔνοια γὰρ μεῖζον ἀρχῆς βάθρον καὶ ἀσφαλέστερον, ἢ φόβος. τοῦτο δὲ ἀρετῶν τε κτῆσις ποιεῖ, καὶ οἱ περὶ τὸ ὑπήκοον πόνοι καὶ φροντίδες. οὕτω δὲ αὐτός τε ὡς ἀληθῶς βασιλικῶς καὶ ἡδέως βιώσῃς, κἀκείνοις ἐλευθέραν ἐπιβουλῆς καὶ συμφορῶν ἀλογίστων τὴν πολιτείαν συντηρήσας, ἀείμνηστον σαυτοῦ κλέος τὸν ἅπαντα χρόνον καταλείψεις. με'.

Νόμων τοὺς ἀκριβεστάτους ἐπαίνει καὶ ἀποδέχου· καὶ πρὸς ἐκείνους βλέπων, τὸν σεαυτοῦ ῥύθμιζε βίον· μὴ μέντοι κατὰ τὰς ἐκείνων ψήφους τὸ ὑπήκοον ἀπαραιτήτους εἰσπράττειν τὰς τιμωρίας, ἀλλὰ διὰ τῶν φιλανθρωποτέρων μᾶλλον παιδαγώγει· οὕτω τε γὰρ φοβερός, δι' ὧν σαυτὸν ἀκριβολογεῖς, μς'.

τοῖς ἁμαρτάνουσιν εἶναι δόξεις, καὶ ἀνεπαχθὴς τοῖς ὑπηκόοις.

deberis delinquentibus, neque tamen ſubditis intolerandus.

μζ'. Δεῖ δὲ ἐγκρατῶς ἄρχειν, οὐ τῷ κολάζειν, ἀλλὰ τῷ δοκεῖν κολαστικὸν εἶναι. τοῦτο δὲ ἦθος εὐσταθὲς ποιεῖ, καὶ ἡ τῶν οἰκείων τρόπων σεμνότης καὶ ἐπιμέλεια. Ὀργίλων δὲ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ φρονίμων, αἱ κολάσεις· οἵτινες ἀπορίᾳ τοῦ δημαγωγεῖν σωφρόνως, ἐπὶ τὸ κολάζειν τρέπονται ῥᾳδίως. καὶ τὸ μὲν καὶ ὁ τυραννικώτατος πράξειεν ἄν· τὸ δὲ, μόνος ὁ ἀρχικώτατος· εἴπερ ἄρχοντος ἀρετὴ, μὴ φθείρειν, ἀλλὰ πλείους καὶ βελτίονας ποιεῖν τοὺς ἀρχομένους.

Vim imperii obtinere oportet non puniendo, ſed opinionem fovendo ſeveritatis. Hanc morum procurat ſtabilitas, gravitas, & ſedula obſervantia. Pœnas infligere frequentiores iracundi potiùs quàm prudentis eſt. Illi enim facilè ad puniendum deſcendunt, cùm per defectum moderationis mulcere homines neſciunt. Quorum alterum tyrannus, alterum is ſolus qui imperio dignus faciet: cujus virtus eſt præcipua, non perdere, ſed meliores reddere ſuos ſubditos.

μη'. Ἄρχοντος μὲν τινες ἔφησαν ἀρετὴν, ἐκ μικρᾶς μεγάλην πόλιν ποιῆσαι· ἐγὼ δὲ μᾶλλον ἂν φαίην, τὸ ἐκ φαύλης σπουδαίαν παρασκευάσαι. τοῦ μὲν γὰρ καὶ καιρὸν πολλάκις φορὰ γέγονε παραιτία· τὸ δὲ οὐκ ἔστι μὴ οὐχὶ παρὰ τοῦ ἄριστα διοικοῦντος γενέσθαι. ὃν σὺ παραζηλῶν, δι' ὧν κατορθοῖς, ἀρετῇ τὴν τῶν ἀρχομένων αὔξεις πολιτείαν.

Sunt qui pronuntiant ad officium regis imprimis pertinere, rempublicam è parva magnam facere: mihi potiùs videtur, ex improba probam conſtituere. Illud enim interdum occaſionis curſus præſtat: hoc nullo modo contingere poteſt niſi per optimè imperantem. Hunc tu ſi imitatus fueris, tuis præclaris factis rem ſubditorum communem virtute promovebis.

μθ'. Ὥσπερ τεῖχος σαθρὸν, κἂν οἰκίας ἔνδον ἔχῃ λαμπρὰς, καὶ ἀέρων εὐκρασίαν, καὶ ὠνίων ἀφθονίαν, ὅμως τὴν πόλιν ἐξευτελίζει· οὕτως οἱ περὶ τὸν ἄρχοντα φαῦλοι, καὶ τὸν ἐκείνου συνδιαβάλλουσι τρόπον. οἱ γὰρ ἐκείνων τῆς πονηρίας λαμβάνοντες πεῖραν, καὶ τὸν ὑπ' αὐτῶν δορυφορούμενον παραπλήσιον ὑπολαμβάνουσιν εἶναι.

Mœnia ſicut ruinâ minitantia, urbem in contemtum ducunt, licèt aliàs pulchrè ædificatam interiùs, aeris ſalubritate, & rerum venalium ubertate præſtet: itâ quoque & impii apud principem, unà cum ipſorum, & ejus etiam vitam vituperari faciunt: nam quiſquis illorum nequitiam experitur, eum in cujus ſunt ſatellitio, ipſis omnino ſimilem arbitrabitur.

ν'. Μηδενὸς παρανομίαν, κἂν δοκῇ δι' αὐτῆς εὐημερεῖν, ἐπαινέσῃς. ἐκεῖνόν τε γὰρ μᾶλλον εἰς κακίαν ὑπαλείψεις, καὶ σεαυτὸν εἰς παραπλησίαν πρᾶξιν καιρὸν ἐπιζητεῖν ἀπελέγξεις. ὁ γὰρ πρὸ καιροῦ ταῦτα, δι' ὧν ἐπαινεῖ, προθυμούμενος καὶ τιμῶν, τί ἂν οὐ ποιήσει τοιούτου καιροῦ παραπεπτωκότος;

Nullius improbitatem commendes, licèt indè videatur felix eſſe: nam hoc modo ad majorem improbitatem provocabis, & ſuſpicionem creabis probabilem te tantùm opperiri occaſionem ut illi ſimilis fias. Certè qui nondum datâ juſtâ occaſione affectum ſe oſtendit erga illa quæ commendat, nihil ille non effectum dabit ut primùm occaſio juſta inciderit.

να'. Ὁ τῶν ἀρχόντων τρόπος, νόμος γίνεται τοῖς ὑποχειρίοις. εἰ τι οὖν τὸ πλῆθος ἐξαμαρτάνει, εἰς τὸν ἄρχοντα τὴν αἰτίαν ἀναπέμπει, πόσον οἴεις αὐτὸν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ προσκαρτερεῖν ἀεὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἐγρηγορέναι;

Mores principum Legis vice ſunt apud ſubditos. quocirca cùm delinquant homines, cauſam rejiciunt in imperantem. Quo te ergò nexu obſtrictum teneri putas, ut omni ope operâque virtutem colas, & bonis factis agendis invigiles?

νβ'. Πάσης πράξεως βουλὴ προηγείσθω. αἱ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι πράξεις, ὡς τὰ πολλὰ σφαλεραί· καὶ τὸ κατορθούμενον, δικαίως ἂν

Actionem quamcunque conſilium præcedat. ſunt enim lubricæ & periculoſæ quæ ſine conſilio peraguntur. Quòd ſi quid fortè ſucceſſerit bene, nec quidem

quidem injuriâ aliunde cenſebitur eveniſſe potiùs quàm ab impetu & fortuita ejus operatione qui plerunque ſolet aberrare.

Quæ multorum manibus, & continuò operantibus, haud perficiuntur, illa unico conſilio unius & ſemel actu eventum ſortiuntur. Itaque rectum conſilium multorum manibus prætuleris.

Adjuvaſſit pœnitentia providentiam. Si quæ igitur illam latuerint & effugerint, hæc reſumta & recollecta reſarciat & conſervet.

Eſt invidia cujuſcunque animæ morbus ingens, ſed præ aliis viri cum principatu exſiſtentis. Neceſſe enim habet illos tanquam hoſtes intueri, propter innatam ipſis virtutem, & ex inſidiis velut hoſtes adoriri, quos vult & debet adhibere cooperantes ad ſuam ipſius & Reipublicæ felicitatem conſtituendam. Quo quidem nihil vel perniciosius vel ſtultius eſſe queat.

In quantum vitanda eſt invidia, in tantum annitendum ut invideamur. Et hoc imprimis principi convenit, quem non eſt proclive malevolis ut lædant. Quòd ſi autem comprimenda ſit invidia, (eſt enim bellua audax imprimis & verſipellis) impreſſiones ejus eludere oportet, non virtutem minuendo, ſed moderatione animorũ, & per quandam diminutionem ſubtractionémq; oſtentandi poteſtatem, & declarandi ſuperioritatem in rebus non nimis neceſſariis.

Cùm ſibimet ipſi quis imperaverit, tum ſe ſuis ſubditis imperare putet cum effectu. Ubi enim illi viderint eum qui ipſis præeſt, affectibus ſuis imperantem, voluptatibus dominantem, libenter ſe & cum deſiderio ſubjicient imperio ejus: quòd ſi voluptaribus & affectibus ſuis ſervire viderint, ſervo ſubeſſe non patientur.

Judicem illum optimum arbitrare, qui juſtitiæ naturam & conditionem celerrimè valet animo apprehendere, & intellectam ordine producit in apertum; qui celer ad opitulandum accedit injuriâ affectis, delinquentes tardiùs punit; qui non corrumpitur auro, nec inflatur poteſtate; qui vincit iracundiam, nec clementiâ vincitur; qui affinitatem ſolam, amicitiam, popularem auram non aliter agnoſcit quàm cum juſtitia judicando, ſolam injuſtitiam à ſe

αἰτίας ἄλλης ἔργον νομισθείη μᾶλλον, ἢ τῆς τοῦ πολλάκις παρασφαλέντος ὁρμῆς καὶ περιπετείας.

Ἅπερ χεῖρες πολλαὶ, καὶ πολλάκις, οὐκ εἰργάσαντο, ταῦτα βουλὴ μία καὶ ἐφάπαξ κατεπράξατο. δι' ὃ εὐβουλίαν προτίμα πολυχειρίας. νγʹ.

Προνοίας ἐπίκουρος ἡ μετάνοια. ἃ τοίνυν ἐκείνην διέλαθε καὶ ἐκπίπτει, αὕτη ταῦτα ἐπανελομένη διορθοῦσθαι καὶ διασώζεται. νδʹ.

Ὁ φθόνος, πάσῃ μὲν ψυχῇ μεγάλη νόσος· μεγίστη δὲ, μάλιστα τοῖς ἐν ἐξουσίᾳ. ἀνάγκη γὰρ, οἷς συνεργοῖς μέλλει χρῆσθαι καὶ βίου καὶ πόλεως πρὸς εὐδαιμονίαν, τούτους ὁρᾷν ὡς ἐχθροὺς, διὰ τὴν ἐνοῦσαν ἀρετὴν, καὶ ἐπιβουλεύειν ὡς πολεμίους. οὗ τί ἂν εἴη ὀλεθριώτερον ἢ ἀφρονέστερον; νεʹ.

Ὅσον δὲ δεῖ φυγεῖν τὸ φθονεῖν, τοσοῦτον διώκειν τὸ φθονεῖσθαι. ἄρχοντι δὲ μάλιστα πρέπει, ᾧ μηδ' ἐξ ἑτοίμου ἡ ἀπὸ τῶν φθονούντων φέρεται βλάβη. Εἰ δεῖ δὲ ὅμως τὸν φθόνον περιστέλλειν (πολυμήχανον γὰρ καὶ πάντολμον τὸ θηρίον) οὐκ ἀρετῆς ἐλαττώσει, μετριότητι δὲ φρονήματος, καὶ ἀφαιρέσει καὶ περικοπῇ τῆς ἐν τοῖς οὐκ ἀναγκαίοις ἐπιδείξεως καὶ πλεονεξίας, τὰς αὐτοῦ βολίδας διαχρηστέον. νϛʹ.

Ὅταν τις ἄρχῃ ἑαυτοῦ, τότε νομιζέτω καὶ τῶν ὑπηκόων ἄρχειν ἀληθῶς. ὅταν γὰρ ἴδωσι τὸν ἐφεστηκότα ἄρχοντα παθῶν καὶ κρατοῦντα ἡδονῶν, τότε πόθῳ καὶ ἑκόντες καὶ αὐτοὶ ὑποταγήσονται· ἂν δὲ ἀνδράποδον ἴδωσιν ἡδονῆς καὶ παθῶν, ἀφόρητον ἡγήσονται ἀνδραπόδῳ δουλεύειν αὐτοί. νζʹ.

Ἄριστον νόμιζε δικαστὴν, ὃς τάχει μὲν λογισμῶν τὴν τοῦ δικαίου φύσιν θηρεύει, θηρεύσας δὲ σὺν ὀρθότητι προάγει· καὶ πρᾶξαι μὲν ἄνεσιν τοῖς ἀδικουμένοις ὀξὺς, βραδὺς δὲ κολάσαι τοὺς ἁμαρτάνοντας· καὶ κρείττων μὲν χρυσίου, οὐκ ἐλάττων δὲ δυναστείας· καὶ κρατῶν μὲν ὀργῆς, οὐχ ἡττώμενος δὲ συμπαθείᾳ· καὶ μόνην μὲν συγγένειαν καὶ φιλίαν καὶ δόξαν οἶδεν, ἐν τῷ δικάζειν, τὴν δικαιο- νηʹ.

σύνην·

σιωπῶν· μόνην δὲ ἀλλοτρίωσιν καὶ ἔχθραν καὶ ἀδοξίαν, τὴν ἀδικίαν.

νθ'. Μηδὲν τῆς πρὸς τὸ ὁμόφυλον διαθέσεως εὐχερῶς καὶ χωρὶς ἐμφανοῦς αἰτίας μεταβάλλοις. Εἰ γὰρ καὶ ὑπολανθάνουσαι παρ' αὐτὴν αἰτίαι τὴν πρὸς αὐτοὺς μεταβολὴν δικαίαν ποιοῦσιν, ἀλλ' οὖν οἱ ταύτας μὴ συνορῶντες, οὐκ ἐκείνους αἰτιάσονται τῆς σῆς περὶ αὐτοὺς ἀλλοιώσεως, σοῦ δ' ἀρρωστίαν καὶ εὐχέρειαν κατηγορήσουσι γνώμης.

ξ'. Οὐχ οὕτως ἡ ἐν πολέμῳ ἀνδρεία τὸν ἄρχοντα κοσμεῖ καὶ σώζει, ὡς ἡ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους εὐμένεια καὶ φιλανθρωπία. πολλοὶ γὰρ πολεμίων κρατήσαντες, ὑπὸ τῶν οἰκείων διὰ ὠμότητα διεφθάρησαν· καὶ πολλοὶ παρὰ μικρὸν ἁλῶναι πολεμίοις κινδυνεύσαντες, ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων διεσώθησαν, οὐδ' αὐτὸ τὸ ζῆν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας προτιμησάντων τοῦ ἄρχοντος.

ξα'. Ἄρχοντας δεῖ καθιστάναι, μάλιστα μὲν πάσαις πλουτοῦντας ταῖς ἀρεταῖς· εἰ δὲ μή, πάντως γε δικαιοτάτους. καὶ γὰρ ἃ τοῖς ἄρχουσι παρανομεῖται, ταῦτα τὸ μῖσος καὶ τὴν ὀργὴν τοῦ πλήθους εἰς τὸν προχειρισάμενον ἀναφέρει.

ξβ'. Πολλαχόθεν δεῖ τὸν ἄρχοντα θηρεύειν τῶν ὑπηκόων τὰς γνώμας, καὶ οὕτω κοινωνοῖς χρῆσθαι φιλίας καὶ ἀρχῆς καὶ βουλευμάτων· πρῶτον, ἐξ ὧν αὐτὸς τὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ οἰκίαν οἰκονομεῖ· δεύτερον, ἐξ ὧν γυναικί τε καὶ παισὶ καὶ δούλοις συνδιατίθεται· τρίτον, ἐξ ὧν κέχρηται τοῖς φίλοις· τέταρτον, ἐξ ὧν πρὸς τοὺς ἐκ γειτόνων διάκειται· καὶ πέμπτον, ἐξ ὧν ἔχθραν τε ἀναδέχεται καὶ ἀμύνεται, καὶ πάλιν, οἷς καταπαύεται καὶ διαλύεται. ἱκανὰ γὰρ ταῦτα φύσιν ἀνδρὸς τεκμηριῶσαι, καὶ δεῖξαι γυμνὸν προσωπείου, καὶ* τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ὑποκρίσεως τὸν ἄνθρωπον θεωροῦσι.

* Leg. τῆς.

ξγ'. Τότε κριτὴς ἄριστος ἔσῃ τῶν ἄλλων, ὅτι* τὰς αὐτοῦ ἐπισκοπῶν, λόγον ἑκάστης πράξεως ὑπὸ συνειδότι κριτῇ διδῷς, καὶ διόρθωσιν ἐπιποιεῖς τῶν ἡμαρτημένων. Ἐπεὶ πῶς τοὺς ἄλλους ἐπιτιμῶν οὐκ ἐρυθριάσεις, ἐφ' οἷς αὐτὸς τὰ ὅμοια ἐξαμαρτάνεις; πῶς

* Leg. τὰ σαυτοῦ.

alienam, inimicam ſibi & ignominioſam arbitratur.

Erga cognatos & affines noli eſſe abalienato animo levi de cauſa & incerta. Nam utcunque ſubeſſe poſſunt latentes cauſæ quæ jure excuſent abalienatum, illi tamen quibus ſunt incognitæ, non in illos conjicient culpam abalienationis, ſed tuam accuſabunt omnino levitatem & mentis infirmitatem.

Principem non tam excolit virtus bellica & ſalvum præſtat, quàm benignitas & pius in compatriotas affectus. Multi, rebus bellicis præclarè adminiſtratis, domi propter truculentiam per ſuos interierunt: Multi per ſuos ſervati redierunt, quos penè captivos fecerunt hoſtiles copiæ. neque enim vitam illi ſuam principis ſaluti prætulerunt.

Illos oportet cum magiſtratu conſtituere, qui virtutum omnium copiâ inſtruuntur: quòd ſi non omni virtute, juſtitiâ ſaltem inſtruantur. Quicquid enim deliquerint magiſtratus, odium & ira à populo concepta, ea propter in illos redundat per quos erant conſtituti.

Multis modis principem oportet ſubditorum mentes explorare, ut participes eos ità adhibeat cùm amicitiæ, tum imperii, ac etiam conſiliorum ſuorum: eorum ſcilicet imprimis quibus in ſua ipſius privata familia ordinanda utitur; ſecundò, quibus ipſe cum uxore, liberis, & ſervis ſe impertit; tertiò, quibus utitur erga amicos; quartò, quibus cum vicinis agit; quintò, quibus inimicitias exercet, & vim illatam depellit, vel pacem ſtabilit & reconciliationem. Sufficiunt autem iſta ad naturam hominis cujuſcunque patefaciendam, ad demonſtrandum, nihil in illo prætextûs, nihil hypocriſeωs eſſe, cujuſmodi in ſcena ſolent obſervari.

Tum judicium optimè in alios exercebis, cùm tuas ipſius actiones contemplatus, ſub judice propriâ conſcientiâ uniuſcujuſque actûs rationem exegeris, & peccatorum inſtitueris correctionem. Siquidem enim alios ſi redargueris, cùm iiſdem ipſe criminibus tenearis, neceſſe eſt ut erubeſcas. Quomodo

modo rurſus illos affectos iri putas, cùm te, qui nulli rationem reddere teneris obſtrictus, ſeverè tamen exercentem judicium intuebuntur?

Præclarè geſtas res collaudato: nec verbis tantùm collaudato, ſed ipſe res pariles operando, & illos aliis antefer-rendò honorandóſque declarando qui talia imitantur: quorum alterum cuicunque homini, alterum competit ei qui dignè imperat.

Omnium omnino curam adhibeto: moderatorum hominum, ità ut commendatiſſimi ſint, & digno ipſis honore præmiiſque fruantur; minimè autem talium, in eum finem ut ad bonam frugem deveniant, & immunes ſint à pœnis per leges infligendis, nec infamiâ notentur. Hoc enim revera ſpectat ad officium ejus qui ſecundùm leges cupiat imperare.

Subditorum lites in hoſtes diverte, atque ad certamina pro patria ſubeunda transfer: Tyrannicum eſt populum ad ſeditiones concitare, cùm ſecuritatem ſuam tyranni ſtatuant in diſcordia & interitu populari: Regium eſt autem, ſubditorum concordiam immotam conſervare, cùm in ſalute ſubjectorum poteſtatis eorum fulcrum ſtatuatur.

Princeps ut adversùs injuſtos terribilis eſſe debet, ità cuſtodiam ſuſcipere innocentum oportet, & eos qui ſecundùm leges vivunt ſartos tectos præſtare.

Tria ſunt quæ tangunt homines, Pœna, Vituperium, Laus, ſed & inſuper, ſi placet, Beneficentia. Pœnâ digni ſunt inimici; vituperio, cives qui exorbitant in quibuſdam; laudandi & beneficiis cumulandi, qui rebus bene geſtis inclaruere. Quòd ſi quis eò progreditur, ut quæ hoſtes facerent, & ipſe audeat, eóſque imitetur, hoſtium ille pœnam in ſe transfert. Quòd ſi quis mutaverit ordinem ſuum & locum in quo conſtituitur, ultra etiam hoſtes inimicus habendus reipublicæ. Proditor eſt, qui beneficiis hoſtem afficit. Civitatem perdit, qui laudibus improbos attollit: nam cives ad malè agendum ſtimulat. In quam ipſam deformitatem civitatem & is adducit qui rectè incedentes inhonorat.

δὲ ἐκείνους οἴει σοι διαπτηθῆναι, ἡνίκα ἐν τοῖς ἀνεύθυνόν σε καθορῶσιν, αὐτοὶ δίκας εἰσπράττεσθαι δικαιοῦνται;

Ἐπαίνει τὰς ἀρίστους πράξεις· ἐπαίνει δὲ, μὴ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ δι᾽ ὧν αὐτός τε μάλιστα τὰ ὅμοια πράττοις, καὶ δι᾽ ὧν τοὺς μιμητὰς τῶν λοιπῶν προκρίνων, ἐντίμους ἀποδεικνύοις· τὸ μὲν γὰρ καὶ τῶν τυχόντων, τὸ δὲ τῶν ἄρχειν ἀξίων. ξδ'.

Προνόει πάντων, τῶν μὲν ἐπιεικῶν, ὡς ἂν ἄριστοι γένωνται, καὶ τῆς ὀφειλομένης αὐτοῖς ἀπολαύσωσι τιμῆς καὶ τοῦ προνομίου· τῶν δὲ μὴ τοιούτων, ὡς ἂν βελτιωθῶσι τὰς γνώμας, καὶ τῆς ἀπὸ τῶν νόμων ῥυσθῶσιν ἀτιμίας. τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀρχῆς ἐννόμου καὶ ἐπιστασίας ἔργον. ξε'.

Τὰς πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀρχομένων ἔρεις εἰς τοὺς πολεμίους τρέπων, ἐν τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶσι μετατίθει. τυραννικὸν μὲν γὰρ, στασιάζειν τὰ πλήθη· ἐν γὰρ τῇ κοινῇ φθορᾷ καὶ διχοστασίᾳ ἡ τυραννὶς τὴν ἀσφάλειαν ἔχει. ἄρχοντος δὲ καὶ βασιλέως, ἀστασίαστον συντηρεῖν τὴν ὁμόνοιαν τῶν ὑπηκόων· ἐν γὰρ τῇ τῶν ἀρχομένων σωτηρίᾳ τὸ βάθρον αὐτοῖς πέπηγε τῆς ἐξουσίας. ξς'.

Ὥσπερ δεῖ τὸν ἄρχοντα φοβερὸν εἶναι τοῖς ἀδικοῦσιν, οὕτω φυλακὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν μηδὲν ἀδικούντων, ἀλλὰ κατὰ τοὺς νόμους πολιτευομένων. ξζ'.

Τρία ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, τιμωρία, ψόγος, ἔπαινος, εἰ βούλει δὲ, καὶ εὐεργεσία. ἀλλὰ τῆς μὲν οἱ πολέμιοι ἄξιοι· ψόγου δὲ, οἱ μέτρια τῶν πολιτῶν ἁμαρτάνοντες· ἐπαίνου δὲ καὶ εὐεργεσίας, οἱ διαφέροντες κατορθώμασι. Εἰ δέ τις εἰς τὴν τῶν πολεμίων τόλμαν καὶ μίμησιν ἐξαχθείη, αὐτὸς καὶ τὴν ἐκείνων ποινὴν εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει. Ὁ δέ τι τούτων ἀμείβων, καὶ τὴν διάταξιν ἐπαλλάσσων, οὗτος ἐχθρὸς τῆς πολιτείας πλέον ἢ οἱ πολέμιοι. ὅ,τε γὰρ τοὺς πολεμίους εὐεργετῶν, προδότης. ὅ,τε τοὺς φαύλους ἐπαινῶν, τὴν πόλιν ἀνατρέπει. ἐπὶ κακίαν γὰρ παρακαλεῖ τοὺς πολίτας· καὶ ὁ τοὺς κατορθοῦντας μὴ τιμῶν, εἰς τὴν αὐτὴν ἀκοσμίαν τὴν πολιτείαν καταστρέφει. ξη'.

ξθ'. Χαλεπὸν μὲν φόβον ἀγάπῃ κεράσαι. οἱ γὰρ φιλοῦντες ὡς ἐπίπαν τὸ δέος οὐκ ἔχουσι, καὶ οἱ δεδιότες φιλεῖν οὐκ ἐθέλουσι. σὺ δὲ δίελε καὶ τοὺς μὲν ἀρίστους φιλεῖν παρασκεύασον· οὐδὲν γὰρ δεῖ δέους ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. τοὺς δ' ἄλλους ἀνάγκη φοβεῖν, ἵνα τῆς φαύλων * ἀπέχωνται. φοβήσονται δὲ χωρὶς μίσους, ἂν μὴ μεθ' ὀργῆς ὁρῶσι κολάζοντα, ἀλλ' ὡς πατέρα παιδεύοντα, καὶ ἐν μὲν τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐχ ἡδέως τιμωρούμενον, ἐν δὲ ταῖς συμφοραῖς καὶ τοῖς δυστυχήμασιν ἀπροφασίστως ἐπικουρεῖν προθυμούμενον.

* Lege, ἀπόσχωνται vel, ἀπείργωνται.

ο'. Οἱ χρώμενοι τοῖς ἐκ φύσεως πλεονεκτήμασιν εἰς πονηρίας ὑπουργίαν, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν τῶν πλησίον εὐεργεσίαν, οὗτοι καὶ τὴν φύσιν φαυλίζουσι, καὶ τοῦ δημιουργοῦ τὴν περὶ αὐτοὺς φιλοτιμίαν εἰς ὕβριν καὶ ἀχαριστίαν περιτρέπουσιν.

οα'. Ὥσπερ αἰσχρὸν καὶ ταπεινὸν, πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν τῷ πλήθει· οὕτως ἐπικίνδυνον καὶ σφαλερὸν, ἀεὶ σοβαρεύεσθαι καὶ ὑπέρογκον ὁρᾶσθαι. δεῖ τοιγαροῦν ἑκάτερον ἄκρον φυγόντα, ὡς ἀρετὴν, τὴν μεσότητα διώκειν, καὶ καιροῖς ἰδίοις τὸ πρόσφορον ἀπονέμειν.

οβ'. Προπετὴς ὅρκος, πρόχειρος ἐπιορκία. ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ ὀμνύειν ὅλως, ἤθους οὐκ εὖ βεβηκότος, οὐδὲ φρονήματος εὐγενοῦς· ὁ δὲ εὐσταθὴς καὶ μεγαλόψυχος ἀνὴρ αἰσχυνθήσεται τοὺς λόγους ὅρκῳ πιστοὺς ἀποφαίνειν, καὶ τὴν διὰ τὴν οἰκείαν τρόπων πίστιν ἀτιμάζειν. λίαν ἄρα συμφερόντως καὶ κηδεμονικῶς [καὶ] ὁ δεσποτικὸς νόμος τὸν ὅρκον κωλύει.

ογ'. Ἃ μὲν εὖ πάθοις, ἀεὶ μέμνησο· ὧν δ' ἂν εὖ ποιήσαις, θᾶττον ἐπιλανθάνου. τὸ μὲν γὰρ χρηστότητος καὶ εὐγνωμοσύνης, τὸ δὲ καθαρᾶς μεγαλοψυχίας, καὶ καθαρὰν φυλάττει τὴν εὐεργεσίαν.

οδ'. Εὐεργεσίας καὶ συμφορὰς ὀνειδίζειν, τῆς αὐτῆς εἶναι νόμιζε κουφότητος καὶ ἀπανθρωπίας.

οε'. Ἀπάτη μὲν πανταχοῦ ἀσθενείας ὁμολογία. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν φίλοις, κακόν τι ἔσχατον, καὶ ὑπερβαλλούσης μοχθηρίας· εἰ δὲ πρὸς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, μηδὲν μὲν προειδότας, οὐ πόῤῥω στρατηγίας· κοπολογίας δὲ γε-

Difficile quidem metum amori immiſcere. Amantes enim omnino ſunt abſque metu: Qui timore percelluntur, amare nolunt. At tu tamen divide: téque ità compara ut ames optimos; neque enim hîc opus eſt ullo metu. Reliquos neceſſe eſt metu terreas, ut à malè agendo ſe abſtineant. Metuent porrò, ſi te videant ſemotâ iracundiâ punientem, & tanquam parentem informantem; ſi te animadvertant minimè libenti animo punientem, rebus autem adverſis & infortuniis ſine aliquo prætextu, ſincerè, opem ferentem.

Qui naturæ dona in improbitatem convertunt, & non ad auxilium vicinorum, cùm naturam ſpernunt, tum Creatoris erga ipſos munificentiam in contumeliam ingrati pervertunt.

Quemadmodum turpe eſt & ſordidum, planè plebeculis ad voluntatem obſecundari, & nimis familiariter ſe gerere: ità lubricum eſt & periculoſum, ſuperciliosum ſemper & tumidum apparere. Extremitatem ergò utramque fugere oportet, & medium tanquam virtutem conſectari, ſuas partes cuique tempori congruas tribuendo.

Juramentum proclive, perjurium eſt ſtans in procinctu. Certè nec mores bene conſtitutos, nec animum decet generoſum, jurare. Vir etenim gravis & magnanimus pudefiet, ſi verba ſua fidem non mereantur abſque juramento, & converſationi ſuæ injuriam inuri: Ità ut conjunctum ſit cum utilitate & noſtri cura, quòd lege divinâ prohibeamur omnino jurare.

Beneficiorum ſemper memor eſto; quæ benefeceris ſtatim oblivioni trade. Illud enim bonitatem & probitatem animi indicat, hoc autem magnitudinem & puritatem; dum purum etiam præſtat beneficium.

Beneficia exprobari vel infortunium alicui, & levitatem indicat & inhumanitatem.

Fraus ſemper profitetur imbecillitatem: Sed eadem erga amicos adhibita extremam indicat nequitiam & ſummam improbitatem: adhibita in hoſtes & inimicos etiam improvidos, non longè abit à ſtrategemate. Tractatu autem

autem habito de fœderatione, ſi ab illa non abhorreant adverſarii, à fortitudine & probitate alienum eſt, fraudem adhibere. Quocirca qui fidem tibi adhibeant, nè ſi ſint hoſtes, noli circumvenire: utcunque enim hoſtes ſunt, is tamen qui fidem ſibi adhibenrem fallit, deceptor eſt & planus plané.

Proditorem dum prodit plerumque amant mortales; ubi autem prodiderit, odio habent. Tu autem inquire, an inſidiis is peritus & circumventus à ſuis intrinſecis & urgenribus paſſionibus, proditor exſtiterit. Si enim ità ſit, non eſt deſperandum quin vir probus & honeſtus exſiſtere poſſit: quòd ſi nihil tale ſit, eum & tui proditorem futurum arbitrare. Eſt enim humanum, eos qui nobis injurioſi exſtiterint velle ulciſci; ſed ſine cauſa rem ram impiam exordiri, inſanabilis cujuſdā eſt improbitatis.

Aurum quaquaverſum res humanas ducit. Quocirca mores patrios inculpatos obſerva: necnon id age, ut omnes videanr & intelligant aurum, præpotentem illum inſidiatorem, nihil apud te poſſe, contra amicos.

Quæ tibi ipſi acciderint, forti & grato erga Deum animo tolerare decet: ſubditos autem ſi quid malè habuerit, noli eſſe ſine ſenſu, ſed cum compaſſione unà cum illis tolerato. Illud enim tolerantiæ & animi fortis eſt: hoc incuriam arguit, nec dignum eſt Imperatoriâ curâ & providentiâ.

Lex Divina & erga homines Charitas jubet, ut congeneres nobis tanquam hoſtes nè ulciſcamur: ſed & magna exinde rebus noſtris utilitas acceſſura eſt. Nam ſi vindictam ſumſeris, plùs in te hoſtem irritaveris; cùm qui beneficio afficiet, vel pro hoſte amicum reddiderit, aut ſaltem modeſtiorem hoſtem.

Si quid aliis promiſeris, nè videaris velle non implere. Quòd ſi enim infidus vel in quibuſdam reperiaris, in univerſum tuis moribus diffidere facies alios: & quos ſic fuco facto illuſeris, ad par pari referendum armabis. Quocirca decet omnes mendacium vitare, præſertim verò qui cum poteſtate ſunt. Alii enim ſe ab impoſſibili, vel alio quovis modo, excuſabunt: Principes autem naturâ malâ præditi eſſe exiſtimabuntur, nec remanebit alia ipſis excuſatio.

νομένης, καὶ ταύτην οὐκ ἀθετοῦντας, πόῤῥω ἀρετείας καὶ ἀνδραγαθίας. δι' ὃ μηδὲ τοὺς πιστεύοντάς σοι πολεμίους ἀπάτῃ μετέρχου. Εἰ γὰρ καὶ πολέμιοι, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἔλαττον ἀπατεὼν καὶ πλάνος, ὁ τοὺς πεπιστευκότας ἐξαπατήσας.

Προδότην ὡς τὰ πολλὰ οἱ ἄνθρωποι προδιδόντα μὲν φιλοῦσι, προδεδωκότα δὲ μισοῦσι· σὺ δὲ ἐπισκόπει, κἂν μὲν ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ χαλεπῶν παθῶν προύδωκεν, οὐκ ἀνέλπιστον ἐστι φίλον καὶ καλὸν γενέσθαι· ἂν δὲ μηδὲν, καὶ σαυτοῦ μηδὲν ἔλαττον νόμιζε προδότην. τὸ μὲν γὰρ ἀμείψασθαι κακοῖς τοὺς λελυπηκότας, ἀνθρώπινον πάθος· τὸ δὲ τηλικαύτης ἄρξαι κακουργίας, ἀνιάτου μοχθηρίας. οϛʹ.

Χρυσὸς ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα στρέφει. φύλαττε τοιγαροῦν τὸ τῆς πατρίδος ἀνύβριστον ἔθος· ἄχρηστον καὶ νομίζων καὶ πᾶσιν ἐπιδεικνὺς, τὸν τοῖς φιλοῦσιν ἰσχυρὸν ἐπίβουλον, χρυσόν. οζʹ.

Δεῖ τὰ μὲν ἴδια συμπίπτοντα, εὐχαρίστως καὶ γενναίως φέρειν· τὰ δὲ τῶν ὑπηκόων, συμπαθῶς καὶ οὐκ ἀναλγήτως. τὸ μὲν γὰρ καρτερίας καὶ φρονήματος ἀνδρείου· τὸ δὲ ὀλιγωρίας, καὶ ἀνάξιον ἀρχικῆς προνοίας καὶ ἐπιστασίας. οηʹ.

Ἐχθροὺς * ὁμοφύλους μὴ ἀμύνασθαι, ἔστι μὲν θεῖος καὶ φιλάνθρωπος νόμος, ἔστι δὲ καὶ πολὺ τὸ χρήσιμον ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασι παρέχων· ὁ μὲν γὰρ ἀμυνόμενος ἔχει πάλιν χαλεπώτερον ἐχθρὸν, ὁ δὲ εὐεργετῶν ἢ φίλον παρεσκεύασεν ἀντὶ ἐχθροῦ, ἢ πάντως πρᾳότερον ἐχθρόν. οθʹ. * ἴσ. οὐ ὁμοφ.

Μηδὲν ὧν ἄλλοις ἔγνως ἐπαγγέλλειν, φαίνου παραβαίνων· ἡ γὰρ ἐν τισὶ ψευδολογία τὸν ὅλον τρόπον ἄπιστον δεικνύει· καὶ τοῖς διαψευσθεῖσιν οὐκ ἔστιν αἰσχύνη μὴ ἀμείβεσθαι τοῖς ὁμοίοις. Παντὶ μὲν οὖν ἀνθρώπῳ διὰ τοῦτο φευκτέον τὸ ψεῦδος, μάλιστα δὲ τοῖς ἐν δυναστείᾳ. τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἔσθ' ὅτε γίνεται ἀπολογία, ἡ ἀδυναμία· τοῖς δὲ οὐκ ἔστι καταφυγὴ μὴ οὐχὶ παντὶ τρόπῳ μοχθηροὺς τὰς γνώμας ἐλεγχθῆναι. πʹ.

πα'. Τὰς μετὰ σφοδρότητος ὑποσχέσεις εὐλαβεῖσθαι χρή. Εἴτε γὰρ παράσχοις, τὴν πλείστην παραφεῖλες χάριν τῇ σφοδρότητι τῆς ἐπαγγελίας, ταύτην προκαταμερίσας καὶ εἰς δύο τὴν μίαν δωρεὰν κατασμικρύνας· Εἴτε μὴ παράσχοις, διπλῆν ἀπήνεγκας τὴν αἰσχύνην, ὅτι τε σφοδρῶς ὑπέσχου, καὶ ὅτι μηδὲν ὧν ὑπέσχου παρέσχες· καὶ δυσμενὴς ὤφθης ἀντὶ φίλου, ἀφεῖλες γὰρ ὃ παρεῖχον αἱ ἐλπίδες. ἄλλως τε δὲ καὶ αἱ σφοδραὶ ὑποσχέσεις ἁρμόζουσι τοῖς οὐ λίαν πιστευομένοις· ἐλέγχουσι δὲ καὶ ὡς οὐ κηδεμονίας μᾶλλον ἢ χρείας, ὑποτεινόμεναι χάριν.

πβ'. Ἄξιος χαρίτων ὁ εὐλαβούμενος αὐτῆς καὶ τὴν φύσιν καὶ προσηγορίαν, καὶ μὴ παυόμενος μελετᾶν ἕως ἂν (αὐτὴν) ἀνταποδώσῃ. Ὥσπερ δὲ ἀνάξιος χαρίτων, ὁ ἀχαριστίᾳ γνώμης ἀμείβων τὸν εὐεργέτην, οὕτως ἄξιος τοῦ τῆς εὐεργεσίας ἀξιώματος, ὁ χαριζόμενος ἐφ' ᾧ μὴ ἀνταπολαβεῖν τὴν χάριν.

πγ'. Μηδὲν παρανόμον μηδὲ φίλοις χαρίζου. ἂν μὲν γὰρ ἐπιεικεῖς ὦσι, μισήσουσι μᾶλλον παρανομοῦντα, ἢ φιλήσουσι χαριζόμενον· ἂν δὲ φαῦλοι, διπλῆν ζημίαν ὑπέμεινας, κακοὺς εὐεργετῶν, καὶ ἀγαθοῖς ἀπεχθανόμενος. καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τέρψει προσκαίρῳ καὶ ἰδιωτικῇ ἀΐδιον ὄνειδος ἀλλάξασθαι καὶ κοινὸν, μεγάλης ἀνοίας.

πδ'. Αἱ χάριτες ταῖς ἀναβολαῖς καὶ παρατάσεσι τοῦ χρόνου, ὥσπερ εἰς γῆρας ἐλθοῦσαι, τὸ οἰκεῖον μαραίνονται κάλλος· τὸ γὰρ ἄνθος ἀποβαλοῦσαι τῆς προθυμίας, μεθ' ἧς ἀμήχανόν τινα καὶ λαμπρὰν ἐποιοῦντο τὴν τέρψιν, οὐ * καθαρὰν φέρουσι τὴν εὐφροσύνην.

* ἴσ. καθαρὰν, vel, καθ' ὥραν.

πε'. Αἱ χάριτες ἡμιτελεῖς οὖσαι, οὐκ ἐθέλουσι χάριτες εἶναι· ἔσονται δὲ, ἐπειδὰν τετελειωμέναι ὦσιν· ὁ δὲ ταύτας ἐξ ἡμισείας κατατιθεὶς, ἑαυτὸν ἐζημίωσε, καὶ τὸν λαβόντα οὐκ εὔφρανεν· ὁ γὰρ ἡμίτομον τὴν χάριν ἀπειληφὼς, οὐχ οὕτω τῷ ἡμίσει εὐφρανθήσεται, ὡς ὑπὲρ τοῦ ἀφαιρέματος ἀνιάσεται.

Vehementiori cum aſſeveratione noli aliquid polliceri. Si enim ſteteris promiſſis, plurimum deceſſit de gratitudine per illam vehementem pollicitationem tuam; nam diſpertitam ab initio atque ità deminutam illam gratiam reddidiſti: Quòd ſi non ſteteris, dupliciter indè verecundaberis: eo nimirum nomine quòd tam atteſtanter promiſeris, & eo quòd nihil præſtiteris eorum quæ pollicebare: atque ità pro amico videberis inimicus, eò quòd de ſpe dejectos eluſeris. Alioqui certum eſt promiſſa tam violenta & aſſeverantia illos decere quibus fides haud bene adhibetur; & certè non tam indigentiam quàm curam & patrocinium ſuſceptum redarguunt, & eo nomine referendas gratias.

Gratiâ dignus eſt qui naturam gratiæ & nomen veneratur, quíque omnem cogitationem ſuam contendit conferre ut remuneret: Beneficio autem veluti indignus eſt, qui bene merentem ingratiis remunerat; ità & dignus eſt cui excellenter benefiat, qui bene illis fecerit à quibus retributionem non expectaverit.

Nè quidem amicis contra æquum aliquid elargitor. Nam ſi homines bene morati ſint, odio te habebunt potiùs quòd leges violaveris, quàm ob beneficium collatum exoſculabuntur: Si verò mali ſunt, duplici diſpendio afficieris: Nam & improbis benefeciſti, & odium apud probos incurriſti. Sed utcunque his carueris, gaudio privato & temporali æternum opprobium permutaſti. quod ſtultum planè eſſet.

Gratiæ per procraſtinationes, temporum extenſiones, velut ad ſenectutem quandam devergentes, propriâ deflorefcunt pulchritudine: excuſſo etenim promtitudinis flore, qui cùm adeſſet ſplendidam quandam & immenſam pulchritudinem repræſentabat, nullo modo nè ad horam poſſunt oblectare.

Gratiæ dimidiatæ nequaquam gratiæ ſunt: erunt autem, conſummatæ ubi fuerint. Qui per partes tantummodo gratiam facit, ipſummet ſe damno afficit, nec accipienti gratiam facit: nam plus ille de eo quod deſideratur dolebit, quàm lætabitur de accepta dimidiata portione.

Qui gratiam alicui factam exprobat, ſimilis eſt colono qui libenter ſeminat, ſed porcos & feras in ſementem immittit: Perdit ille ſemen, & fructum è ſemine: perdit iſte ea quæ contulit, & gratitudinem ſibi ex iis efflorescentem.

Si ab initio beneficio affeceris, quos deinceps neglectu habes, noli putare eos ſic beneficio affectos velle benevolentiam priorem conſervare. Multos egomet expertus cognovi, qui multis & magnis ſuis collatis beneficiis confiſi, nullam prorſus curam eadem deinceps continuare habuerunt: perſuaſerant enim ſibi, exhibitam ab initio liberaliter benevolentiam ſufficere debere ad obſtringendum perpetuò beneficiis affectos, nec temporis diuturnitatem debere oblivionem collatorum beneficiorum à ſemel bene de ſe meritis procurare. Qua in re ſpe deluſi exciderunt, re in contrariam partem procedente. Neque mirum ſanè malos ſic affectos eſſe animo: Tales enim, nè quidem dum in manus ipſorum beneficia depluerent, linguis ſincerioribus bene merentes de ſe remunerari volebant. Sed & alioquin apud eos quibus etiam probitas curæ eſt, videre poſſumus memoriam eorum quibus fruebantur, haud retinere: & utcunq; benemeritis dum afficiuntur, benefactoribus grati exſiſtant, veruntamen ſi deinceps non pari modo afficiantur, priorem illam ſuam animi promtitudinem nequaquam retinent ſinceram & illibatam; verùm temporis decurſu (cùm influxu de novo non ſupplerentur) gratiam emarcidam habentes, quod in amore vehementius & ſplendidius habebatur, avulſum & defloreſcens admittunt. At qui medio quodam more renebantur, beneficiis affecti ad gratitudinem diſponebantur; neglecti autem, nè quidem ipſi pudore deterrentur quò minus priorem animi affectum convertant in contrarium; eóque magis ſi alios viderint ſibi dignitate prælatos. Nam nequaquam ſolent recordari eorum quibus ipſi priùs bene erant affecti beneficiis, quanquam redamare eos par fuerat; ſed quibus fruuntur viçini, ſolent ea contueri, quibus irritati gratias in ingratias ſolent commutare. Conducibilius quociica cuicunque prin-

Ὁ τὰς χάριτας ὀνειδίζων, ὅμοιός ἐστι τῷ γεωργῷ, σπείροντι μὲν προθύμως, ἐπαφέντι δὲ χοίρους καὶ θηρία τῷ σπόρῳ. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος καὶ τὸ σπέρμα καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ λυμαίνεται καρπὸν, οὕτω καὶ οὗτος καὶ τὰ καταβληθέντα καὶ τὴν βλαστάνουσαν αὐτῷ προσαπόλλυσιν εὐχαριστίαν. πε'.

Ὑπερευχόμεθα ὑμῶν κατὰ χρέος τῆς πατρικῆς ὁσιότητος, μέμνησθε καὶ αὐτοὶ τῆς ἡμῶν μὴ διαλείποιτε μετριότητος.

NOTÆ.

ERant in Eccleſia varia Epiſtolarum genera uſurpata, ut ἀπολυτικαὶ, συςατικαὶ & ἐγκυκλικαὶ, quo titulo hæc ſecunda Photii inſignitur, ab Archiepiſcopis & Metropolitis ad ſuffraganeos ſuos, ad provinciales à Patriarchis miſſæ. Exſtat hæc apud Baronium Tom. 10. ad annum Chriſti 863. Sect. 27. ſed Latinè tantùm, nec integra, à Frederico Metio pro Cardinali Latinè tranſlata, è codicibus duobus, ſed utroque mutilo & imperfecto. Codex primus erat è Vaticellana Bibliotheca, carie & madore penè conſumtus: alter, è Græcorum in urbe Bibliotheca, ſine mutilus. Inſcriptio in Metiana verſione habetur, Encyclica, ſive, Circularis. Epiſtola ad Patriarchales ſedes Orientis. *Photius miſeratione Divinâ Archiepiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ, & Oecumenicus Patriarcha*, quæ inſcriptio in noſtris codicibus non exſtabat; uti nec noſtrorum codicum in Metiana. Neutra igitur à Photio videtur impreſſa, ſed deinceps addita. Eſt autem inſignis Epiſtola, & continet κεφάλαιον πρὸς διάλυσιν, in confeſſionibus Eccleſiarum quæ erant dubia, vel ab Hæreticis depravata, de quibus utitur voce ἀποβουκολεῖν, hoc eſt, inquit Heſychius, χωρὶς ἐλπίδος ἐξαπατᾶν.

Illi qui Armeniam incolunt, τῇ τῶν Ἰακωβιτῶν impio errore detenti, in Concilio Chalcedonenſi, ut ait, profligati fuerant. Intelligendus eſt hoc modo: Qui deinceps Jacobitæ, à Jacobo dicebantur, in autoribus ſuis primis, non autem Jacobo, qui illo Concilio poſterior fuit, refutati ſunt. Intelligit autem Dioſcorum & Eutychetem. Narrat Nicephorus lib.18.cap.45. *Depoſitis in Chalcedonenſi Synodo Dioſcoro & Eutychete, ſectatores eorum, ab Eccleſia. fecere divortium; & ſeipſos vocabant διακρινομένους, ſeparates:* qui deinceps in duodecim ſectas diſpertiebantur. Prima Eutychianiſtarum erat, qui illum & Dioſcorum ſolos admittebant: ſequuti ſunt Acephali, Jacobitæ, Theodoſiani, Julianitæ, qui omnes Monophyſitæ erant (Naturæ unius ſolius propugnatores) præterea Tritheitæ, Agnoetæ, Theopaſchitæ, Severiani, Aphthartodocitæ, Phantaſiaſtæ, Manichei, Scenolatræ, monſtra nominum, virorum, opinionum. Adeò autem plebem dementaverant, ut, quod ait Nicephorus, τὸ πλῆθος πρὸς τὰς κιγκλίδας τοῦ θυσιαστηρίου ἐπιμόνως ποιεῖν ἐπεῖχεν, καὶ ἀτίμως τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς ἱερεῖς ἐξωθεῖν, οἷα μόνον ... τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ποιοῦντας. Quo in loco manifeſtè docetur, quod nullibi aliàs tam clarè me legiſſe memini, per illa tempora communicaturos, è navi Eccleſiæ evocatos, ad ipſos altaris cancellos acceſſiſſe, atque ibi per ſacerdotes communicatos, qui ἔσω τοῦ θυσιαστηρίου conſiſtebant. Non eſt ergò Novitas, quod aliquando opinabar, ut ſacram communionem percepturi uſque ad altaris cancellos evocarentur. *Erat porrò Jacobus iſte, à quo manavit hæreſis Jacobitarum, Syrus origine,* ἄδοξος μὲν ... *unde propter contemtum ſummum,* ZANZALUS *dicebatur*, inquit idem Nicephorus, cap. 52. Hic Eutychetis, Dioſcori, Petri Gnaphei ſive Fullonis, atque Severi hæreſibus infectus, magnopere laborabat ut paſſim apud ſuos Syros diſſeminaret. Quin & Armeniorum dux fuerat: ὁ γὰρ ... τῆς ..., καὶ ὡς ἄν τις ... εἰσαγγελία ... αἱρέσεως, de qua multi multa. vide Baron. ad annum 863. ſect. 45. tandem tamen fides Orthodoxa, Chalcedone declarata, prævaluit contra inferni portas.

Sect. 3. Μετεγκεντρίζεσθαι.] Metius vertit ſimpliciter, *ſit converſa*; malè: aliud enim vox ſonat, ab hortulanis derivata. alluſum eſt autem ad locum Pauli, Rom. 11. 17. Σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὢν ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς. Nos, *engrafted*, aut, *inoculated*.

Sect. 4. Ἄγριος μόνιος.] Metius vertit, *ferus ſingularis*: imperitè. intelligit autem aprum, & alludit ad Pſal.79.14. Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἄγριος ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. Secutus eſt tamen veterem Interpretem, qui an intellexerit quid eſſet μονιὸς, neſcio. eſt autem μονιὸς, aut μονήρης, aper ſylveſtris, ὗς ἄγριος, ὁ μὴ τοῖς ἄλλοις συναγελαζόμενος, inquit doctiſſimus Grammaticorum Heſychius. Quod ſolent apri ſylveſtres triennales. Nos Angliçè dicimus, *At three years age, He goeth from the Sounder:* nam porcorum gregem, nos *Sounder* dicere ſolebamus; non, ut vertunt in Evangelio, *an herd of ſwine*. Lycophron vocat, μόνιον δάκος. Sophocles in Lorario, ὀροβάτην.

Sect. 5. Tragicè nimis invehitur in Occidentalis Eccleſiæ conſuetudinem de non jejunando in capite jejunii, & quòd Sabbato jejunarent. Quod qui facerent, graviſſimè taxabantur etiam ab antiquiſſimis temporibus. Ignatii verba ſunt, εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει πλὴν ἑνὸς σαββάτου, οὗτος χριστοκτόνος ἐστὶ, ad Philippenſ. Quod ait, χριστοκτόνος ἐστὶ, idem eſt ac ſi diceret, Judæus eſt, qui Chriſtum occiderunt. ad docet Balſamon ad Can. 53. Apoſt. κατὰ πᾶσαν κυριακὴν, καὶ κατὰ πᾶσαν ἑορτὴν, νηστεύοντες οὐ νηστεύομεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς σαββάτοις πᾶσιν, ἄνευ ἑνὸς σαββάτου, τοῦ μεγάλου δηλονότι, καταλύομεν, ἵνα μὴ δόξωμεν κατὰ τοὺς Ἰουδαίους σαββατίζειν. Jejunabant autem illo ſolo Sabbato magno, an *Eaſter even*, quia Dominus ſalvator adhuc mortis dominio tenebatur. Clemens in Διαταγ. 6. οὐχ ὅτι δεῖ τὸ σάββατον νηστεύειν (nempe generaliter omne) κατάπαυσιν δημιουργίας ὑπάρχον, ἀλλ᾽ ὅτι ἐκεῖνο μόνον δεῖ νηστεύειν, τοῦ δημιουργοῦ ἔτι ὑπὸ γῆν ὄντος. Sic in Canon. Apoſtolicis 66 & 69. ab hoc Græcorum ritu, receſſerant Occidentales Eccleſiæ, quas ideo virulentiſſimis conviciis proſcindit Photius, ut Baronio cæteriſque ignoſcendum ſit, ſi è lege talionis, tanquam ἀφ᾽ ἁμάξης, illum ...

Ὃς πολλὰς κόρας.] Romanis ſacerdotibus cœlibatum voventibus fornicationes, adulteria, laſciviam, & ... concubinas objicit; liberos è furtivo concubitu conceptos, quorum patres nemo novit, expoſitos vel enectos, δριμύτερον, ſed veraciter plerumque ingerit.

Sect. 7. Aggreditur celebrem illam quæſtionem, inter Græcos Latinóſque jam diu agitatam, de Proceſſione Spiritûs ſancti. de qua videndum Concilium Florentinum, Gennadius Scholarius, Hugo Etherianus, Anſelmus, Bellarminus Tom. 1. lib. 2. de Chriſt. cap. 22. Boiroſus in peculiari ſcripto contra Græcorum errores, D. Thomas, Armachanus, & Scholaſtici, abunde. Nos pauca Hiſtoricè annotabimus.

Duo imprimis agit Photius. Imprimis accuſat Latinos de adjectione vocis illius, *Filióque*, ad Symbolum ſive Confeſſionem Fidei Concilii primi Conſtantinopolitani. Secundò diſputat è Scriptura & Traditione Eccleſiaſtica contra proceſſionem ex Filio. Imprimis, ignotum docet Autorem adjectionis, tempus incognitum. Fatentur hoc Latinæ Eccleſiæ proceres, non conſtare quando, aut per quem explicatio illa (neque enim eſt additio vel adjectio) ad Symbolum Conſtantinopolitanum primitus adhibebatur. In Concilio Toletano 8. ad annum Domini 653. coram Ricaredo, & per Ricaredum regem, in Confeſſionem Fidei diſertis verbis adhibetur. Sed hoc non evincit tum primùm admiſiſſe vel Hiſpanicam vel Romanam Eccleſiam, nec movet quod Controverſor attulit recitatum ſymbolum illâ explicatione, *Filióque*. nam non audebant proferri propter Reges Arianos, qui tum Gothis imperabant. Ricaredus autem, qui Arianiſmum primus abolevit, ad majorem Catholicæ Fidei dilucidationem inſerendam particulam illam cenſuit, quæ certa erat & de fide apud orthodoxos. Sunt qui Damaſum addidiſſe volunt, qui eodem tempore cum Baſilio & Nazianzeno, σύγχρονος Concilio primo Conſtantinopolitano florebat; ſed non perſuadent Bellarmino. ſed leviſſimæ ſunt illius objectiones. Ait, Si à Damaſo uſurpabatur, cur hujus rei nulla mentio vel in primo Tomo Conciliorum, vel in lib. 9. cap. 16. Hiſt. Tripartitæ? Planè fungoſum argumentum. Quaſi omnia geſta in Conciliis, in eorum Conciliorum Actis memorentur. Quaſi nihil memoratum deperditum fuerit. Nam ubi per illa tempora & Conciliis Spiritus ſanctus Vivificator, Dominus vitæ, &c. nominatur? Exſtat illud ſymbolum Damaſi apud Hieronymum; & quid impedit

dit quo minùs genuinum ſit? Alterum argumentum æquè plumbeum eſt, de Theodoreto, qui non meminit ejus in Epiſtolis Damaſi, quas ſcripſit, ad Concilium, nec in Epiſtolis Concilii ad Damaſum. Secundò, ſi aliquid ejuſmodi additum fuiſſet vel per Concilium, vel per Damaſum, de mente Concilii; ille, cùm eſſet vir doctiſſimus, non ſcripſiſſet Spiritum ſanctum ex Filio non procedere. Quaſi viri doctiſſimi errare, labi, decipi non poſſent, etiam & hæreſeon maculis deturpari. Urgeo, Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Origenes, viri ultra Theodoretum doctiſſimi erant, multi tamen nævi & errores in illorum ſcriptis reperiuntur. Secundò, erat Theodoretus, licèt eruditus, oppoſitione abreptus in cauſa Joannis Antiocheni & Orientalium, contra Cyrillum Alexandrinum, & Concilium Chalcedonenſe, in cauſa Neſtoriana. *Impedit* autem, *ira animum nè poſſit cernere verum.* Tertiò, etſi fuiſſet illa profeſſio, de proceſſu Spiritûs ſancti Fide Orthodoxâ credita, & in Concilio Chalcedonenſi promulgata, nullam haberet cauſam ſuæ oppoſitionis Theodoretus. Qui tamen omnium primus, quorum extat memoria, negavit aſſertivè, Spiritum ſanctum eſſe ex Filio. Dixerat Cyrillus Anathematiſmo 9. ἴδιον δὲ μᾶλλον ἴδιον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα φησὶν, δι' οὗ καὶ ἐνήργησε τὰς θεοσημείας; Reſpondet Theodoretus, proprium autem Spiritum Filii, ſiquidem ejuſdem cum eo naturæ, ὁμοφυὲς, & ex Patre procedentem, ſimul confitebimur, & tanquam piam ſuſcipiemus vocem; ſi verò tanquam ex Filio, aut per Filium exiſtentiam habeat, hoc ut blaſphemum & impium rejiciemus. Ità ille abreptus ex oppoſitione, qui licèt poſtea reſipuerit, & ſedi ſuæ reſtitutus atque Eccleſiæ Communioni fuerit, opinionem illam ſuam, ſemel prolatam & diſſeminatam, ad Græcos in ſchiſmate contra Latinos propagavit. Admittendum ergò eſt, Theodoretum γυμνῇ τῇ γνώμῃ & διαῤῥήδην Proceſſionem Spiritûs ſancti è Filio, vel etiam per Filium negaſſe.

Nam quod ulterius ad Macedonium, Eunomium, alios provocant aſcendendo, fruſtrà ſunt. Macedonius è ſentina Arianorum hauſit, Spiritum ſanctum eſſe meram creaturam, non Deum. Ex Deo Deum ergò negabat; per Deum non Deum productum volebat. & hoc ab Arianis ſumſit, qui Filii coæternitatem negabant, ſed creaturis annumerabant, & Spiritum opus Filii docebant, ſed & creaturam meram, non aliquo modo Deum, quod de Filio fatebantur; quem μικρὸν Θεὸν appellabant. Eunomius ex Arii ſchola, cum Aëtio Doctore ſuo, nequiſſimus *apud Baſilium lib 2. contra Eunomium pag. 74.* hæc habet, *Si quis creaturas conſiderans, ab iis aſcendat ad ſubſtantiam, cum ingeniti creaturam Filium invenerit, Paracletum verò unigeniti, & ex eminentia illa quam habet ingenitus operationum diverſitatem agnoverit, non dubiam aut ambiguam de ea diverſitate quæ ſecundum ſubſtantiam eſt, comprobationem percipiet.* Hoc eſt, planè ἑτερόθεον. Hæretici ergò iſti, Spiritum ſanctum per Filium exiſtere fatebantur, ſed non ex Filio. Patres ergò, qui per Filium, ſed non ex ſenſu Hæretico fatebantur, non multùm urgent illam formulam. Nec ſoliciti erant de illa altera. *ex Filio*; ſed paſſim urgent & inculcant, *è Patre.* Quia hoc poſito, Deitas Spiritûs ſancti ſatis adſtruebatur, licèt non adderent *ex Filio*, aut *per Filium*. At poſtquam Neſtorius aliam viam iniiſſet, & ἡμῖν Theodoretus utrumque negaſſet, in ſymbolis & Fidei confeſſionibus non tam addebatur, quàm explicationis gratiâ apponitur, *Filióque*. Quam explicationem non eſt mirum non inveniri additam, niſi poſt Concilium Chalcedonenſe, & Theodoreti oppoſitionem.

Antiquiſſimi Patres, & temporibus Apoſtolicis proximi, neutrius meminere. Juſtinus Martyr, pag. 27, 28. edit. Rob. Stephani vocat ἄγιον πνεῦμα ἀληθινὸν, quod & ipſi Gentiles fatebantur. Nam ſcriptum illud Ἔκθεσις πίστεως, obi aliquoties legitur, *à Patre*, non eſt Juſtini, ſed alterius recentioris. Tertulliano Spiritus ſanctus eſt, *Dei villicus, Chriſti vicarius*: ſed contra Praxeam cap. 4. ait, *Spiritum ſanctum non aliunde puto quàm à Patre, per Filium.* Et hoc poſt exortum Montani, qui primus depreſſit Spiritum ſanctum. Ità inſinuat Baſilius, ad finem libri ſecundi contra Eunomium. Unius Montani fuerat ità in Spiritum ſanctum inſanire, eúmque vilibus nominibus dehoneſtare, & naturam ipſius adeò abjectam habere; ut eum diceret ἀδοξίαν τῷ πεποιηκότι προςτρίβεσθαι, *infamiæ notam inurere factori ſuo*. Ità Baſilius de Montano: ut mirum non ſit paſſim inveniri proceſſionem à Patre, ad aſſerendam gloriam ſancti Spiritûs tam blaſphemè per Montanum depravati.

Non eſt ergò mirum ſi paſſim ingerant à Patre proceſſionem, nondum de Filio mentione factâ de quo lis adhuc nulla verteabatur; & illum etiam Hæretici, in ordinem cogerent. Gradatim enim, è re natâ, & pro occaſione, capita fidei illuſtriùs & accuratiùs explicabantur. Certè refert alicubi Nazianzenus, magnum illum pietatis Pancratiaſten Athanaſium omnium principem publico ſcripto Spiritûs ſancti Deitatem propugnaſſe: nec mirum, inciderat in illa tempora, poſt mota certamina Ariana, ut neceſſe fuerit novam inire rationem fidei explicandæ, antiquioribus non uſitatam. Sic itaque in Eccleſia, poſt furores Neſtorianos, Filium in Symbolo addiderunt, ut poſt Montani ἐξανάστασιν, paſſim ingerunt à Patre Proceſſionem. Quanquam illa formola & fides Montano antiquior erat. Lucianus enim ὁ διαβόητος omnis omnino religionis, & noſtræ, quod plerisque videtur, deſertor & Apoſtata, certè rerum noſtrarum, ut apparet ex operibus, callentiſſimus: Ille ergò in Philopatri, pag. 487. edit. Aldinæ, ait, καὶ τίνα ἐπομόσωμαι; ὑψιμέδοντα Θεὸν, μέγαν, ἄμβροτον, οὐρανίωνα, υἱὸν πατρὸς, πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, ἓν ἐκ τριῶν, καὶ ἐξ ἑνὸς τρία, *& quem ego adjuravero? altè regnantem Deum, magnum, immortalem, cæleſtem, Filium Patris, Spiritum è patre procedentem, unum è tribus, & ex uno tria.* Hæc ille: quem locum mihi ante plures annos, ut ingenuè profitear per quem profecerim, indicavit vir præſtantiſſimus & ad miraculum eruditus, Savilius. Si mentiebatur Lucianus, aut de communi loquebatur ſententia, habent Græci cui primo debeant ſui erroris prærogativam, nempe Lucianum. Sed ille, opinor, veriſimiliè extulit fidei Confeſſionem tum in Eccleſiis uſurpatam, quæ & Filium cum Patre reputabat, utpote ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ & eſſentiæ.

Hanc Confeſſionem conſignant dicta Patrum ante Theodoreti blaſphemiam & Græcorum ſchiſma. Qui tamen inter ſe diſſentiunt. Fatentur enim Græci, τὸ *per Filium*; negant τὸ *ex Filio*. Utrumque inficiatur & Anathematizat Theodoretus. Variè autem ſententias ſuas protulere Patres. *Quam proprietatem Filium ſibi-met habere ad patrem, eam comperiemus & Spiritum ſanctum habere ad Filium*, Athan. Tom. 2. pag. 20. Addit eodem in loco iſta, *A Filio effunditur, ſuper omnem carnem; inſufflando datur à Chriſto, diſcipulis; Omnia habet quæ Pater & Filius; & ea habet per Filium: eſt νοῦς, ſive, habitus Filii; eſt Imago, ſive Forma Filii; eſt Bonus odor Filii. Spiritûs ſancti eadem eſt proprietas cum Filio, quæ Filio cum Patre: Ergò, Spiritûs ſancti participes, ſunt participes & Filii. Eſt in Filio, ut Filius in ipſo. Adeò ut per Filium ſit in Patre.* Et, quod aliquoties apud ipſum reperitur, *Spiritus ex ore hypoſtaſeως ipſius.* Et tom. 1. Inſeparabilitatem docens, ait, *Spiritum ſanctum accipiens, Chriſtum accipit; Spiritum ſanctum bibens, Chriſtum bibit; Spiritûs ſancti & Filii unitas ea eſt, quæ Patris & Filii. Spiritûs ſancti fons eſt Filius, & Dator.* αὐτὸς τὸ πνεῦμα δίδωσι, καὶ ὅσα ἔχει τὸ πνεῦμα ταῦτα παρὰ τοῦ λόγου ἔχει, diſput. 4. c. Arianos. Per filium procedere, contra Theodoretum expreſsè docet. *Impoſſibile eſt in Trinitatis gloria Spiritum conglorificari, niſi ex Deo per Filium, progrediendi modo, non autem fiendi ratione, naturam habeat*, pag. 447. *Mittitur à Patre, & à Filio fertur. Eſt in manibus Filii. Eſt Spiritus Filii, & quidem proprius. Datur ex Filio, non tantùm à Filio. Eſt in Filio, ſumit à Filio.* Hæc paſſim extant apud Athanaſium, quæ Græcorum ſententiam vel oppugnant, vel eſſe potiùs verbalem docent, quàm realem. ῥητῶς non ait à Filio procedere. neque enim id adhuc

Digitized by Google

adhuc in quæſtione verſabatur. Deitatem Spiritûs ſancti, Conſubſtantialitatem, Exiſtentiam docet. Quæ omnia confirmant Latinorum ſententiam, *Filióque*; Græcorum refellunt & Theodoreti. Quem & alii ſequuntur Patres.

Baſilius enim in Pſal. 32. ait à Patre procedere. Quod nemo negat: ſed non excludit, imò includit, Filium. *Ut Verbum rerum opifex cœlum firmavit, ſic Spiritus ſanctus* ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃ παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύεται, τουτέστιν ὃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Quid hoc eſt, niſi à Filio, qui eſt στόμα πατρὸς; ait quidem, *Inveniemus alibi, & verbum oris ejus dictum, ut intelligatur Servator, & Spiritus ſanctus ejus ex Patre.* Eſt igitur Filii Spiritus, & ut ille etiam à Patre, quod non tollit, *à Filio.* Sed è Baſilio plura protulit doctiſſimus controverſor, cap. 25, quæ non exſcribo.

Tranſeo ad ejus Achatem, Gregorium Nazianzenum, Orat. 23. pag. 482. κοινὸν γὰρ πατρὶ μὲν καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὸ μὴ γεγονέναι, καὶ ἡ θεότης μὲν, υἱῷ δὲ καὶ ἁγίῳ πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ πατρός. Quod nemo negat. Et Orat. 45. ὥσπερ δὲ καὶ ἀκτῖνές τινες τοῦ πατρὸς ἀκτῖνες ἀποστέλλονται ἐφ' ἡμᾶς, δύο φεγγαύγεις Ἰησοῦς, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. utrumque à Patre vult exiſtentiam habere, ut radii habent à ſole. Quæ ſimilitudo Filium includit. Nam radii ſolares ad nos è ſole in aerem, & per aerem, ad homines diffunduntur. Itaque addit, ὥσπερ γὰρ τοῦ φωτὸς ἀκτῖνες ἀμέριστον ἔχουσαι κατὰ φύσιν τὴν πρὸς ἀλλήλας σχέσιν, ὑπὸ τοῦ φωτὸς χωρίζονται, ὑπ' ἀλλήλων ἀποτεμνόμεναι, καὶ μέχρις ἡμῶν τὴν χάριν τοῦ φωτὸς ἀποστέλλουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ σωτὴρ ἡμέτερος, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, αἱ δύο ἀκτῖνες τοῦ πατρὸς αὐτὶς, καὶ μέχρις ἡμῶν διακονοῦνται τῆς ἀληθείας τὸ φῶς, καὶ τῷ πατρὶ συνήνωνται. Ità paſſim Proceſſionem à Patre tuetur, ſed originaliter, tanquam fonte Deitatis: ità enim Orat. 13. ſe explicat. Utcunque Filium & Spiritum ſanctum extuleris, οὐχ ὑπὲρ τὸν πατέρα θέσεις, ἀλλὰ τῆς αἰτίας ὑποξενώσεις, καὶ ἀνάγεις τὸν καλὸν γέννημα καὶ τὴν θαυμασίαν πρόοδον. Quid eſt ergò in opinione Latinorum tantis clamoribus excipiendum? Cùm, quod ſcribit Epiphanius, Ἀεὶ τὸ πνεῦμα σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ, οὐ συναδελφὸν πατρί, οὐ γεννητόν, οὐ κτιστόν, οὐκ ἀδελφὸν υἱοῦ, οὐκ ἔγγονον (Betavius vertit, *Patris nepos*: ſed tum eſſet ἔκγονον.) ἐκ πατρὸς δὲ ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, *à Filio accipiens.* ἐκ ἀληθείας πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἀλλὰ ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἐκ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ ἐνυπόστατον. Tom. 1. Hær. 62. pag. 55. diſertis verbis affirmat id, *ex Patre, & Filio.* Quia ἐνυπόστατον cum Patre & Filio. Et pag. 518. καὶ πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τῆς αὐτῆς θεότητος, ἐκ πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον ἀεί. Et Hær. 57. πνεῦμα τῆς ἀληθείας τὸ φωτίζον τὰ πάντα, τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ λαμβάνον, τὸ πνεῦμα τοῦ πατρὸς, τὸ πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ. Hæc illi Patres, cùm adhuc vel nulla quæſtio vertebatur de Spiritûs ſancti Deitate, ſuccinctiùs, involutiùs & ſecuriùs loquebantur. Id enim moris erat, non tantùm ſcriptoribus Eccleſiaſticis, ſed & ſacris Scripturis, & Divinæ diſpenſationi: Nam clariùs & expreſſiùs voluntatem ſuam Dominus revelavit ſub gratia & teſtamento novo, quàm aliquando ſub lege, vel per prophetas. Quòd ſi omiſſio illius clauſulæ, *ex Filio*, ſive, *Filióque*, in argumentum Photio ducatur, de non agnita vel negata proceſſione, contra Photium aſſumam ipſum, nec à Patre Spiritum ſanctum procedere, nec eſſe Deum, imò nè omnino eſſe. Nam in Fidei ſuæ Confeſſione, per literas συνοδικάς, ad Nicolaum Pontificem Romanum, nullam omnino Spiritûs ſancti mentionem facit. Atque ità ridicula eſt cùm Photii tum Græcorum exceptio de ſilentio illo apud pleroſque Patres. Sed poſtquam motis certaminibus Arianorum, peſtes illæ diverſarum hæreſeon in Eccleſiam invaluerant, & quidem impudenter, ἀναιδῶς, ut Cyrillus loquitur, Filium promulgarant ὡς ἀλλοτρίᾳ δυνάμει, τῇ διὰ τοῦ πνεύματος κεχρῆσθαι, enucleatiùs & apertiùs enunciare cœperunt in Eccleſia, quod apud priores non ità docebatur. Hinc Cyrillus, *Erat, & eſt Filii Spiritus, ſicuti certè & Patris,* ὡς δὲ ἴδιον καὶ τοῦ πατρὸς, *non aliter Filii, quàm Patris. Procedit enim ex Deo & Patre Spiritus ſanctus, ſecundùm ſalvatoris vocem, ſed non eſt alienus à Filio. Habet enim omnia cum patre.* Atque hæc ſufficient ad elucidandum ſtatum Confeſſionis Eccleſiaſticæ, de proceſſu Spiritûs ſancti. Argumenta Photii & Græcorum pervulgata ſunt, à multis doctiſſimis viris difflata ſæpiùs & retuſa. Nos nec Commentarios ſcribimus, nec Controverſias, ſed Notas tantùm, in quibus pergamus.

Sect. 24. Meus codex agnoſcit ἀθυμίαν, qui videtur caruiſſe illis, ἀναλόγως αὐτοῖς. Sect; 27. vertit ἀντικειμένου, *adverſarii*; ſed ambiguè, & nimis laxè. eſt enim Antichriſtus ille κατ' ἐξοχὴν Adverſarius. Poſt νῦν, deeſt τοῦτον, μόνον, aut ſimile quid. Sect. 30. Legendum, ut in Apoſtolico Canone, τὴν ἁγίαν κυριακήν, & τὸ σάββατον, non τὸ σάββατον.

Sect. 31. γεγαμηκότος, *à conjugato ſacerdote.* Antiqua verſio habet, *uxorem duxit.* Ille qui notas marginales ad Zonaram adjecit, in editione Pariſina, ridiculè vertit, *Qui uxorem habuit.* Nempe, licèt jam ſit mortua; eò quòd Euſtathiani nuptias, velut impias, impugnabant. *Nam habentibus*, inquit, *Canon nullo modo patrocinatur.* falsò, & abſurdè. Interpretatur Gangrenſem Canonem Trullanus ille qui ſequitur.

Sect. 35. Τὸ καλούμενον Ῥῶς In codice erat conjunctim, non diviſim, τορῶς. Quod Græcum eſt, ſed alienum. Doctiſsimus meus Herefordenſis emendaverat diductis ſyllabis, τὸ Ῥῶς. vox eſt barbara & Bulgaris barbaris uſitata, ad terrorem incutiendum, licèt nomen patriæ fuerit, unde egreſsi in Imperium Romanum inundarunt. Joannes Curopalates apud Baronium 867. 91. *Loca intra Pontum Euxinum, omnémque ipſius maritimam regionem exercitus Rhos prædabatur ac percurrebat.* Sunt autem Rhos Gens Scythica, ad Auſtrum habitans, effera & agreſtis. Fortè Rhos dicti à flumine Rha ambiente, ut Bulgari, à Bolga, ſive Volga. Vide Baronium in fine Tom. 7. de Ruthenis agentem.

Sect. 37. Ἀποστολικοῦ θρόνου.) Cujus autem? Nam certè Conſtantinopolitanus, licèt Patriarchalis, non erat Apoſtolicus. Sed legendum ἀποστολικοῦ ὑμῶν θρόνου. Ità Metius invenit ſcriptum in ſuo codice, & vertit, *veſtræ Apoſtolicæ ſedis.* Συνοδική τις ἐπιστολή.) Intelligere poteſt Nicolai Papæ epiſtolam, vel ad Photium ipſum, vel encyclicam aliquam quam ad omnes Patriarchales Eccleſias ſcripſit è Concilio. nam per illa tempora Pontifices non de plenitudine poteſtatis, ſed cum Concilio tractabant res Eccleſiæ, & de nomine Concilii ſcribebant paſsim ad Epiſcopos: ſed Photius intelligit literas nec à Concilio, nec à Nicolao, ſed ab Italicis quibuſdam contra Nicolaum ſcriptas, & per Monachos, Zoſimum, Metrophanem, ac Baſilium allatas. qui autem ſcripſerant, aut conſenſerant, ἃ ἐκεῖνοι. præcipui autem autores erant Zacharias & Rothaldus, miſsi ex Italia Conſtantinopolin, in cauſa Photii. Baronius hîc ſilet, quia omnia ἄνω καὶ κάτω de Nicolao, homine imperioſiſſimo, cujus tyrannidem Italici illi ferre non poterant. Dolendum eſt autem epiſtolas iſtas non extare. Photius non meminit; noluit enim morbum illum depalare. unde patet, non fuiſſe illum tam inimico animo in ſive Nicolaum, ſive Romanam Eccleſiam, quam paſsim Baronius tragicè exaggerat.

Sect. 38. Θρόνον.] σόλοικον eſt, & πρὸς τὸ νοούμενον, non τὸ λεγόμενον, refertur. addenda vox, ἀρχιερεῦς.

Epiſt.

Epiſt. 3.

Bardæ, Magiſtro, Patricio & Curopalatæ.

DOlorem dolori meorum vulnerum ſuperaddere, dignum fortaſſis meâ miſeriâ fuit; indignum autem planè commiſeratione veſtra, & affectu illo quo in me animari debeas. Quòd ſi quis ſibi perſuaſerit contra veſtram obvenire nobis iſta voluntatem; is cùm videat iſta nos pati, te poteſtatem & vim pulſandi poſſidente, mutet omnino ſententiam ſuam. Decepti ſumus, affecti contumeliis, dedecore, & injuriis, inſuper & in nos conſpirabatur; ſed tamen plagas, aiunt, non accepimus: Imò autem accepimus, & quod gravius eſt, haud in corpore, illud enim in oculos incurreret omnium, & laceſſentem redarguet, & in intuentium & comiſerantium condolentia, quandam habet conſolationem; ſed in anima plagas tulimus, per animam morbis affligitur corpus: hic qui affligir, veluti nihil faciens injuriæ, non pudeſit; is autem qui vapulat pœnę quoddam additamentum habet, quòd cùm doleat, ejus non miſerentur alii, quòd pati eum ignorant. Enimverò, pleroſque latet iſtiuſmodi punitionis ſpecies, quâ & magis oblectatur qui plagam infert, & in id adducitur, ut nè pœniteat facti; afflictum verò magis atterit, utcunque majorem ei retributionis mercedem procurat.

Cæterùm & iſta nos propter Chriſtum, & divinas leges toleravimus antea; & gratias Deo agimus, qui, cùm angimur, quòd celantur ęrumnæ, & ſic ingloriè patimur, mercedem majorem accumulavit. Intelligebam probè, ab initio primùm certamine me hæc paſſurum; expectabam quoq; ante perpeſſionem & certamen, (ſi vera non loquar patiar ego adhuc iis quæ perpeſſus ſum graviora) expectabam quidem, pront dixi, ea quæ paſſus ſum, angor nihilominus animi quòd ſub talibus patior: Finis mihi à Deo deſtinatus eſt; & lubens ebibo quodcunque mihi propinatur poculum: Nec propter illa quę patior, ſuccenſeo; imo etiam & illa deſidero quæ me adhuc pati oportet

Ἐπις. γ'.

Βάρδα, Μαγίστρῳ, Πατρικίῳ καὶ Κουροπαλάτῃ.

Ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου προστίθεσθαι ἄλγημα, τῆς μὲν ἐμῆς ἴσως ἀθλιότητος ἄξιον, τῆς δ' ὑμετέρας συμπαθείας, καὶ περὶ ἡμᾶς διαθέσεως, ἀνάξιον. Καὶ εἴ τις πεισθείη μὴ κατὰ γνώμην ὑμῶν ταῦτα συμπεσεῖν ἡμῖν· ἀλλά γε τὸ ὑμῶν ἐξουσιαζόντων καὶ ἰσχυόντων, ταῦτα πάσχειν ἡμᾶς, ἐπεὶ τοῦτο βλέπει, οὐδ' ἂν μεταπεισθείη. Παρελογίσθημεν, ἐξυβρίσθημεν, ἠτιμώθημεν, ἐπηρεαζόμεθα, ἐπιβουλευόμεθα· ἀλλὰ πληγὰς οὐκ ἐλάβομεν. Ἐλάβομεν δὲ τὸ χαλεπώτερον, οὐκ ἐπὶ σώματος, ὃ καὶ πᾶσι φαίνεται, καὶ τὸν ἀδικοῦντα ἐλέγχει, καὶ πολλὴν παραμυθίαν, τὴν ἀπὸ τῶν ὁρώντων καὶ οἰκτειρόντων εἰσάγει συμπάθειαν· ἐλάβομεν πληγὰς ἐπὶ ψυχὴν αὐτήν, δι' ἣν καὶ τὸ σῶμα νόσῳ μαστίζεται· καὶ ὁ τύπτων, ὡς μὴ ἀδικῶν, οὐκ αἰσχύνεται· καὶ ὁ τυπτόμενος προσθήκην δέχεται τιμωρίας, ἐπὶ τῇ τῶν πληγῶν ὀδύνῃ, τὴν ἀπὸ τοῦ λανθάνειν ἀσπλαγχνίαν. Λανθάνει γὰρ τοὺς πολλοὺς τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς κολάσεως, ὃ δὲ τὸν κολάζοντα πλέον εὐθυμεῖ, καὶ ἀμετανόητον ἀποτελεῖ· καὶ τὸν κολαζόμενον μᾶλλον δαπανᾷ, εἰ καὶ τὸν μισθὸν μείζω προξενεῖ.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ θείων νόμων ὑπέστημεν ἔμπροσθεν· καὶ γε χάρις Θεῷ, τῷ πλέον αὔξοντι τὸν μισθόν, ἐν τῇ τοῦ λανθάνειν ἀθυμίᾳ, καὶ τῇ τῶν παθῶν ἀδοξίᾳ. Καὶ ᾔδειν μὲν ἐμαυτὸν ταῦτα παθεῖν, εὐθὺς ἀρχομένου τοῦ ἀγῶνος, ἤλπιζον δὲ καὶ πρὸ τοῦ πάθους, καὶ πρὸ τοῦ ἀγῶνος, (εἰ δὲ μὴ τἀληθῆ λέγω, πάθοιμι παρ' αὐτῶν ὧν ὑπὲρ ἔπαθον χείρονα) ἤλπιζον μὲν (ὡς ἔφην) ἅπερ ἔπαθον, λυποῦμαι δὲ πάσχων ὑπὸ τούτων· τὸ μὲν γὰρ ἐμὸν τέλος Θεῷ ὥρισται· καὶ δέχομαι χαίρων ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ποτήριον· καὶ οὐχ ὑπὲρ ὧν πάσχω ἀγανακτῶ, ἀλλ' ὧν με δεῖ παθεῖν

καὶ τὰ λείποντα ἐπιζητῶ, εἰ καὶ χωρὶς ἀλγηδόνος ταῦτα φέρειν ἀδυνατῶ· ἀνθρωπίνη γὰρ φύσις ἀναλγήτως πάσχειν οὐ πέφυκε· καὶ περὶ μὲν τῶν ἐπισκηψάντων, ἢ καὶ ἐπισκηψόντων ἔτι ἐμοὶ, οὕτω με δεῖ φρονεῖν, καὶ λογίζομαι. τιμωροὺς δὲ τῶν ἀδικούντων, ἀλλ' οὐκ ἀρχηγοὺς τῶν ἀδικημάτων, ὑμᾶς εὐχόμην εὑρεῖν. ἀλλ' οὔτε ἐμὲ φυγεῖν ἐστιν, ἅ με δεῖ παθεῖν· οὔτε τὴν ἑτέρων εὐχὴν, ἑτέρων γνώμην ἀκόντων μεταβαλεῖν.

Καὶ τοσαῦτα μὲν πεπόνθαμεν ἔμπροσθεν· ὥσπερ δὲ λείποντος τοῦ κακοῦ, προσεπινοεῖται καὶ τρόπος ἄλλος κακώσεως, καὶ κακοῦνται δι' ἡμᾶς ἕτεροι· καὶ λιμαγχονεῖται κλῆρος, καὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα τὸ ἐπισημότερον· ἵν' ἐφ' ἡμῶν ὑποστῆναι τὴν συμφορὰν καὶ λέγοντες καὶ μνημονεύοντες, τὸν ὀνειδισμὸν καὶ τὴν ἀρὰν ἐπὶ κεφαλὴν ἡμῶν ἀναφέρωσιν. ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι καὶ ἡμῖν ἡ μᾶζα μέτρῳ προσείπεται, καὶ ἀφαιρεῖται ἀφ' ἡμῶν τὸ ἥμισυ τῆς ἀρχῆς· καλῶς γε ποιούντων τῶν ἀφαιρούντων, καὶ τέχνῃ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἐπινοούντων. ἀλλ' εἰ τὴν ἡμετέραν πληροῦντες αἴτησιν (λέγω δὲ τὸ ἐλευθερωθῆναι ἡμᾶς τοῦ ζυγοῦ καὶ τοῦ φορτίου τούτου) ταῦτα πεποιήκασιν (ἴσως γὰρ καὶ τοῦτο παίζουσι κατ' ἡμῶν) χάρις μὲν αὐτοῖς ὑπὲρ ὧν ἀφεῖλον· λυποῦσι δὲ ὑπὲρ ὧν κατέλιπον, καὶ βραδύνοντες πρὸς τὴν ἀφαίρεσιν τοῦ λοιποῦ, πλέον ἀνιῶσιν· ὥσπερ οἱ καταλιμπά-
*ἴσ. αὐτῶν. νοντες τὸν ὑπ' * αὐτὸν ἀναιρούμενον, ἡμιθανῆ καὶ ἡμίτομον, ἢ οἱ ἀθρόως ἀναιροῦντες· ἑκάτερος μὲν γὰρ αὐτὸν ἀναιρεῖ, ἀλλ' ὁ μὲν τῆς ὀδύνης οὐ παρατείνων τὴν αἴσθησιν, ὁ δὲ ζημίαν ὥσπερ ἡγούμενος, εἰ θανάτῳ μόνῳ παραπέμψει τὸν ἄνθρωπον, μὴ πολλὰ πρότερον στρεβλώσας τε καὶ μελίσας, καὶ πολλαπλοῦν αὐτῷ τῇ δριμύτητι τῶν ἀπὸ τῆς κολάσεως ἀλγηδόνων κατασκευάσοι τὸν θάνατον. Τοιοῦτόν ἐστιν ὁρᾶν καὶ τὸ ἡμέτερον. τιμωρούμεθα καθ' ἑκάστην, καὶ πληττόμεθα, νυνὶ δὲ καὶ ἡμίτομοι γεγόναμεν· καὶ ὡς ἔοικεν, ὅτι τὸ ὅλον ἂν ἀποθέσθαι ᾐτησάμεθα, τούτου χάριν τὸ ἥμισυ ἀφῃρήμεθα· καὶ εἰ τὴν διαίρεσιν τῆς ἀρχῆς

utcunque ſine ſenſu dolorifico pati iſta nequeam; homines enim ità comparati ut ſine doloris ſenſu pati nequeant: & ità me animo affectum debere eſſe intelligo erga illa quæ me jampridem invaſerunt, & deinceps ſunt invaſura. Te autem potiùs optârim ego ultorem eorum qui me injuriis afficiunt, quàm cauſam & initium dediſſe injuriarum: ſed ea quæ me pati debere ſtatutum eſt, effugere nequeo; qui nec cæterorum optionem vel judicium contra voluntatem ipſorum mutare poſſum.

Atque priùs quidem tot & tanta patiebamur; ſed tanquam non ſatis ingeſtum nobis malorum eſſet, excogitatur modus alius injuriâ afficiendi me, ut meâ causâ etiam alii malis afficiantur: Fame Clerus ſtrangulatur, & qui mihi ſubſunt, illuſtriores quique; in eum finem, ut cùm loquuntur & recordentur ſe meam ob cauſam hâc calamitate preſſos in meum demum caput & exprobrationes & execrationes ejaculentur. Mitto illud dicere, quòd mihimetipſi portio exhibetur ad dimenſum, quòd dimidiâ parte privor juriſdictionis meæ: certè præclara ratio inita eſt per auferentes, qui ſic artificioſam in me perſecutionem concitârunt. Quòd ſi ut meum expleant mihi deſiderium (hoc eſt, ut iſto jugo atque onere expediar) hæc perpetrârunt, (utcunq; mecum ludere viſum in iſtis eſt) gratias certè de ablatis ſum habiturus: & grave mihi eſt quòd reſiduî quicquam reliquerunt, quóque tardiùs incedant ad eorum ablationem, eò mihi ſunt moleſtiores; quemadmodum qui relinquunt ſemimortuum & ſemiſectum rerum quem volebant occidere, potiùs quàm qui penitus privârunt vitâ; hominem hic uterque interficit, ſed alter cruciatû non per moras extendit, alter fortè ratus detrimento ſe affici ſi mera morte hominem hinc amandet, multis eum imprimis excarnificatum tormentis & diſſectum membratim, non ſimplici morte affectum, per horrores & cruciatus dolorificos è vita trahit. Nec abludentem videre eſt noſtram conditionem. Quotidie plectimur & afficimur plagis, in præſenti ſemiſecti conſtituimur; videtur autem per partes tolli à nobis illud, quod ſimul & ſemel ut deponamus flagitant: quòd ſi principatum

patum partiri voluiſſemus, exauditi fuiſſemus in toto. Verùm cùm ſemiſectum vivere poſſibile non ſit, nec nos hîc ſubſiſtere ità diminuto principatu: dedecori enim & exprobrationi facti fuiſſemus, non quidem prædeceſſoribus noſtris, ſed ſucceſſoribus pòſt futuris, ſi tamen futuri aliqui aliquando ſint, nobis miſeriores, qui poſt nos pro nobis jugum iſtud ſubire velint. Loco quin cedimus; ceſſet invidia. Quòd ſi non facimus, quoſdam afficimus mœrore, potiùs & ob hoc ipſum in jus rapiemur: excuſſo pulvere, ſedem deſerimus, quocirca dolos deinceps in nos conſtruere & meditari deſiſtant, nè obſervent, inſidientur, impreſſiones faciant. Heu juſtitia, Leges Dei, Tribunal! Quòd nequaquam vos conculcamus, injuriâ afficimus; propterea quòd diligimus, non amamur; eò quòd pro vobis ſtamus, à nobis fit diſſidium. Comminiſcuntur mendacia, & qui contra nos maximam proditionem finxerit, prudens habetur & actuoſus; qui vicem noſtram dolet, ut hoſtis & legum violator accuſatur, frater licèt fuerit, & naturâ ipsâ moveatur ad compaſſionem. Quomodo quis quæſo tolerare poſſet, quòd de vita judices & cenſores habemus eos, quos priùs laudatores, & qui bene ſecum agi putaſſent ſi noſtro judicio non condemnarentur; quòd ab amicis divellamur, à germanis abſtrahamur? Ecquis eſt qui horum aliquid ferre poſſit?

Sed dicetur, deſpondendum non eſſe animum, Chriſti mihi paſſiones, Chriſti exemplum repræſentabit, & martyrium qui propter illum tolerarunt. Certè ſi mihi proditorem hîc exhibeat, ſi cuſtodiam, ſi tyrannos, multam ille largietur conſolationem. At quamdiu nuſquam apparent iſti, qui ſimilitudinem ſermone ſuo affingit infirmum ſolatium exhibebit. Quòd ſi autem noſtra iſta ſtatua plurifariam adhuc radenda fuerit, aut, ut purior fiat, liquefacienda ſit; radant, liquefaciant, conflent, ſi velint, dummodo Chriſtus ſuppeditet patientiam, & ſecundùm proportionem naturalis noſtræ infirmitatis tentationem admenſuret. Quòd ſi pœnarum exceſſus patientiam anticipet & abſumat (in me haud eſt ſitum affirmare quòd purgatur) fictor figmentum de tormentis liberet, neque quiſ-

ἐξωνησάμεθα, εἰς τὸ ὅλον ἂν εἰσηκούσθημεν. Ἀλλ' οὔτε τὸ ἡμίτομον ζῆν ἐστι δυνατὸν οὔτε ἡμᾶς ἐνταῦθα μένειν, οὕτω διαιρεθέντας· αἰσχύνη καὶ ὄνειδος, οὐ τοῖς πρὸ ἡμῶν γεγενημένοις, ἀλλά γε καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, εἴπερ ἄρα καὶ εἶεν ὅλως τινὲς ἡμῶν ἀθλιώτεροι, οἱ μεθ' ἡμᾶς ἀνθ' ἡμῶν τουτονὶ τὸν ζυγὸν ὑπελεύσονται. ἐξερχόμεθα τοῦ τόπου· παυέτω φθόνος· εἰ δὲ μὴ, λυποῦμέν τινας· μᾶλλον δὲ εἰ μὴ, κἂν τούτῳ γραφώμεθα. καὶ τὸν κονιορτὸν ἐκτινάσσοντες, ἀποτιθέμεθα τὸν θρόνον· ἀποτιθέσθωσαν τὸν καθ' ἡμῶν δόλον, τὰς ἐπιτηρήσεις, τὰς ἐνέδρας, τὰς ἐπιβουλάς. ὦ δίκη, καὶ νόμοι, καὶ Θεοῦ κριτήρια! ὅτι μὴ πατοῦμεν ὑμᾶς, ἀδικοῦμεν· καὶ ὅτι στέργομεν, οὐ φιλούμεθα· καὶ ὅτι ὑπὲρ ὑμῶν ἱστάμεθα, διχαζόμεθα· καὶ πλάττονται λόγοι, καὶ ὁ καθ' ἡμῶν τι χαλεπώτερον ἐπινοῶν, οὗτος ὁ νουνεχὴς, καὶ δραστήριος· ὁ δὲ συλλυπούμενος, ἐχθρὸς καὶ παραβάτης νόμων εἰσάγεται, κἂν ἀδελφὸς ᾖ, καὶ τὴν φύσιν ἔχει κινοῦσαν πρὸς ἔλεον. ποῖόν τις * ὑπενέγκει ῥᾳδίως, ὅτι κριτὰς ἔχομεν τοῦ βίου, τοὺς πρὶν ἐπαινέτας, καὶ οἳ χάριν ὡμολόγουν, εἰ μὴ παρ' ἡμῶν κατεκρίνοντο· ὅτι τῶν φίλων χωριζόμεθα, ὅτι τῶν ἀδελφῶν ἀποσπώμεθα· πρὸς ποῖα τούτων τίς ἐκαρτερήσει;

* l. ὑπενέγκοι.

δ'. Ἀλλ' ἐρεῖ τις· μὴ δεῖν ἀθυμεῖν· Χριστοῦ πάθη, καὶ Χριστὸν αὐτὸν εἰς μέσον ἄγων, καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ μάρτυρας· ἂν μοι καὶ τὸν προδότην δείξῃ, καὶ τὴν κουστωδίαν, καὶ τοὺς τυράννους, πολλὴν οὗτος τὴν εὐθυμίαν χαριεῖται· μέχρι δ' ἂν μὴ φαίνωνται οὗτοι, λόγῳ πλάττων τὴν ὁμοιότητα, ἀσθενῆ τὴν παραμυθίαν παρέχεται. εἰ μὲν οὖν πλειόνων ξεσμάτων ἔτι καὶ χωνευτηρίων ὁ ἡμέτερος ἀνδριὰς πρὸς κάθαρσιν δεῖται, καὶ ξυέσθω καὶ τηκέσθω καὶ χωνευέσθω, Χριστοῦ διδόντος ὑπομονὴν, καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως τὴν βάσανον συμμετροῦντος· Εἰ δ' ἡ ὑπερβολὴ τῶν κολάσεων φθάνει δαπανῶσα τὴν δύναμιν (οὐκ ἐμὸν γὰρ εἰπεῖν εἰ κεκάθαρται) ὁ πλάστης ῥυέτω τὸ πλάσμα τῆς βασάνου, καὶ μη-

δεὶς, ἢ μηδεὶς ἕνεκα ὀφθήτω μήτε προδότης, μήτε κουστωδία, μήτε τύραννος· εἶησαν δὲ πάντες ἐκλεκτοὶ Θεοῦ καὶ τῆς ἄνω δόξης ἐπάξιοι.

quam optarim meâ causâ exſiſtat proditor, cuſtodia nulla, nullus tyrannus; ſint autem omnes à Deo electi, & digni qui ſupernam aſſequantur gloriam.

NOTÆ.

Πολλὴν προθυμίαν) Scriptum in contextu fuerat, πολλάκις: ex alio codice, opinor, in margine reſcriptum, πολλήν. omnino utraque vox retinenda videtur ſic, πολλὴν πολλάκις. ἤλπιζον δ' ἂν ὑπὸ τῶν μείζω.) hoc eſt, metuebam. ità enim ſperare pro timere ponitur. *Hunc ego ſi poteram tantum ſperare dolorem.*

Τῆς ἀρχῆς.) hoc eſt, Epiſcopatus. nam & θρόνον, & τόπον nominat, quem deponere volebant Photium. ſcripta eſt ergò Epiſtola poſt Patriarchatum aditum. Quocirca non erat, ut volunt Photii adverſarii, Bardas Cæſar factus, cùm illum in locum Ignatii intruderet. Sæpe autem deplorat calamitatem illam ſuam, quòd invitus & coactus Patriarchatum adiverit, & eo volebat ſe exonerari, ut in hac Epiſtola; ſed dignitatem ſedis per diminutionem aliquam prodere nolebat. hoc eſt, quod ait, *Dimidiatum obtinere Epiſcopatum.* Photio autem cur non fidem habeamus ſuam cauſam narranti, quàm convitiis adverſariorum?

Pro γεγονημένοις, legendum γεγονημένος, aliter non cohæret.

Ἐπις. δ΄.

Τῷ αὐτῷ, Πρεσβεία ὑπὲρ Χριστοδούλου Ἀσηκρῆτις κινδυνεύσαντος.

Εἰ καὶ νῦν ὀχληρὸς εἶναι δόξω, καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὸ φιλάνθρωπον, ἀλλὰ τό γε ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐκ ἀφέξομαι, ἴσως μὲν εἰς ἀέρα δέρων, καὶ μάτην πονῶν· Ταῦτα γάρ με λογίζεσθαι, τὸ πολλάκις διαμαρτεῖν τῆς ἐλπίδος, παρεσκεύασεν· ὅσον δ' εἰς ἐμὲ ἧκον ἦν, τὸ χρέος πληρῶν. ἄνθρωπος πένης παίζων, ἔπαιξε τὰ συνήθη αὐτῷ· ἔπαιξε γοῦν, εἰ καὶ μὴ πρὸς οὓς ἔδει, μηδ' ὡς, κωμικευσάμενος, μέθη κορυφαῖος ἦν, ᾧ τὰ πολλὰ περιπίπτοντες ἄνθρωποι, σφάλλονται. ἔδωκε τῆς ἀκολάστου γλώσσης δίκας, κόλασιν πικρὰν ἐκτισάμενος, τοὺς ἐν τῷ σώματι σφοδροὺς αἰκισμούς. οὕτω μέχρι τούτου τὰ τῆς τιμωρίας. ὁ τοῦ Θεοῦ ναὸς, ἱερὸς, καὶ πᾶσι τοῖς εὐσεβοῦσιν ἄσυλος, πρὸς ὃν οὗτος κατέφυγε· πρεσβεύει ὑπὲρ αὐτοῦ ὁ τοῦ ναοῦ ἱερεὺς, τὸ τοῦ πταίσματος εὐτελές, εἰ βούλει δὲ, καὶ τὸ, Ἄφετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ τὸ, Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν.

Epiſt. 4.

Eidem, Deprecatio pro Chriſtodulo à ſecretis, qui periclitabatur.

Utcunq; moleſtus eſſe videro, & ultra menſuram fruſtrà miſericors, non tamen quod potero præſtare diffugiam, fortaſſis aerem laceſſens & fruſtrà laborans: Nam hoc me facit cogitare, quòd ſpe dejectus aliquoties exciderim; in quantum verò potuerim, debitum perſolvam. Pauper quidem jocans, antiquum ſuum obtinuit; jocatus eſt, & comico more, licèt non in quos, aut qualiter oportuit. Erat ebrietas primipilus: hâc autem arrepti homines plurimùm ſolent delinquendo labi. Dedit autem pœnas de laſciviente lingua, acerbiore mulctatus punitione, corpore vehementiùs cæſus & mutilatus. Ulteriùs nè progrediatur. Sacrum & ſanctum eſt Dei Templum, à nullo Chriſtiano violandum; ad hoc confugit iſte: Intercedit pro illo Antiſtes Templi; intercedit & culpæ tenuitas; & ſi adhuc pateris illud, *Dimittite, & dimittetur vobis*; vel, *Quâ menſurâ menſi eſtis, eâdem vobis metetur.*

NOTÆ.

Chriſtodulus nomen eſt proprium, non appellativum, quaſi Chriſto ſerviret in Eccleſia, ut ἱερόδουλοι quidam ideo dicebantur, licèt dicatur ad Eccleſiam confugiſſe. pro κορυφαῖος, magis congrueret χορηγός, aut χορευτής. Hîc conſtat jus aſyli ἀσύλητον fuiſſe etiam in Eccleſia Orientali; ſed non ità ſanctum, ut in Occidentali. videtur porrò Chriſtodulus non Laicus à ſecretis, ſed eccleſiaſticus, ex illis ſex aliquis, qui Eccleſiæ miniſterio addicebantur, pro quo deprecatur Patriarcha Bardam.

Epiſt.

Epiſt. 5.

Joanni Aſpathario & Philoponeſi Duci.

ADverſo flumine, quod proverbio dicitur, in præſenti negotia ferri videntur: Joannes enim ille quondam laudatus bonúſq; ſubito non eſt is qui fuit ante (religio enim mihi eſt adhuc dicere aliter) non eſt qui fuerat, nec qualem manere eum in votis mihi erat, ſed cùm hâc ætate ſit, & ad vitæ occaſum jamjam devergat, immutatur. defluxere res præclaræ, mortua eſt virtus, oblivionis tumulo occultatur amicitia: Amicus communi calculo cenſetur, non ille qui quòd loquitur ex tota anima loquitur, & ſine dolo diligit per totius vitæ curſum, ſed is qui ſubdolâ & ſubleſtâ mente, coràm & in faciem tranquilliter & jucundè converſatur, at cùm extra fuerit oculorum conſpectum omnimodos fluctus malum intentando concitat.

Ἐπισ. ε΄.

Ἰωάννῃ Ἀσπαθαρίῳ καὶ στρατηγῷ Φιλοπονήσου.

"ΑΝω ποταμῶν, ἡ παροιμία, ἐπὶ χωρῶν ἂν φαίη τὰ πράγματα· Ἰωάννης ὁ καλός τε καὶ ἀγαθὸς, ἐξαίφνης (ἔτι γὰρ εὐλαβοῦμαι αὐτὸ τοὐναντίον εἰπεῖν) οὐκ ἔστι οἷόσπερ ἦν, οὐδ' οἷον αὐτὸν μένειν εὐχόμεθα· ἀλλ' ἐνταῦθα ἡλικίας ἐλθὼν, καὶ πρὸς δυσμαῖς ἐλαύνων βίου, μεταβέβληται. * ἔρι τὰ καλά" * Ἴσ. ἔῤῥει. τέθνηκε δ' ἀρετὴ, καὶ λήθης τάφῳ φιλία καλύπτεται· καὶ φίλος ἐκεῖνος, οὐχ ὅστις ἐξ ὅλου λέγει τοῦτο, καὶ ἀδόλως διὰ βίου μένει φιλῶν, ἀλλ' ὅστις ὑφάλῳ γνώμῃ, κατὰ πρόσωπον μὲν ἡδέως γαληνιῶν ὁμιλεῖ, ἔξω δὲ γινόμενος ὀφθαλμῶν, τρικυμίας ἁπάσας ἐγείρει πονηρίαν.

N O T Æ.

NOmen Aſpatharii ſatellitibus convenit, à Spatha gladio, quo accincti incedebant. Idem & Spatharius dicebatur, ut à ſecretis & ſecretarius. ad hunc non unâ vice ſcripſit Photius. Additur, fuiſſe Ducem Philoponeſi. Ubi gentium ſit, neſcio. Scio Peloponneſum, Græco ſubjectam imperio, & ducem ei præfuiſſe. Cum verò dicatur Provinciæ Peloponneſi præfuiſſe videtur Protoſpatharius, *Captain of the Guard.* Communes Spatharii non erant Præſides, ſed Protoſpatharii etiam deinceps dignitate caruerunt.

"*Ἄνω ποταμῶν.*] Supple *χωροῦσιν αἱ πηγαί. Ad fontem Xanthi verſa recurret aqua.* uſurpat hîc de mutatione gravi, extraordinaria & ſubitanea.

"*Ἔρει τὰ καλά*] Rectè correctum fuit in margine libri, "*Ἔῤῥει τὰ καλά.* Allusum ad Laconicam illam Epiſtolam, "*Ἔῤῥει τὰ καλά· ὁ μὲν Μίνδαρος ἀπέσσυα*). *τί χρῆ δρᾶν;*

Epiſt. 6.

Bardæ Magiſtro Patricio & Curopalatæ pro Clerico Blaſii in periculis conſtituto.

NOveram ego quidem, nondum expertus, indignum me fuiſſe cùm gradu & dignitate Archiepiſcopali, tum paſtoralis cujuſcunque functionis, atque eam ob cauſam actus & attractus moleſtè eam rem ferebam; atque utinam me priùs mors invaſerat antequam hâc violentâ, intolerabili potiùs, electione arriperer. Nequaquam tot & tantorum malorum fluctus animam meam quotidie obluiſſent, quorum ſpes & exſpectatio (eſt enim natura hominum apprime comparata ad futuras difficultates prævidendas, præſertim ubi propriæ ipſius cauſa agi-

Ἐπισ. ς΄.

Βάρδᾳ Μαγίστρῳ Πατρικίῳ καὶ Κουροπαλάτῃ, περὶ κληρικοῦ τοῦ Βλασίου κινδυνεύοντος.

"ΗΔειν ἐγὼ, καὶ πρὸ πείρας, ἀνάξιον * ἑαυτὸν, καὶ τοῦ ἀρχιερατικοῦ βαθμοῦ, * Ἴσ. ἐμαυτόν. καὶ τῆς ποιμαντικῆς ἐγχειρήσεως· διὰ τοῦτο γὰρ ἀγόμενος καὶ ἑλκόμενος, ἀπεδυσπέτουν πρὸς ταῦτα· ὡς εἴθε θάνατός με τῆς τότε προβολῆς, μᾶλλον δὲ τῆς ἀφορήτου βίας, προαφήρπασεν. οὐ γὰρ ἂν τοσούτων καὶ τηλικούτων κακῶν κύματα τὴν ἐμὴν, καθ' ἑκάστην, ἐβάπτιζον, ἐπικλύζοντα πέλαγα ψυχήν· ὧν ἡ ἐλπὶς καὶ ἡ προσδοκία (δεινὴ γὰρ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις τὰ μέλλοντα συνιδεῖν δυσχερῆ, ἂν ἐπ' αὐτὴν ἡ χαλεπότης μάλιστα φέ-

ρῆσθαι) συνετάραξέ με ποτε καὶ συνέσχεν· ὑφ' ὧν βαλλόμενος καὶ πικρῶς ἀλγυνόμενος, ἔκλαιον, ἐδυσώπουν, πάντα μᾶλλον ἐποίουν, ἢ τοῖς ψηφιζομένοις καὶ βιαζομένοις συγκατένευον, παρενεχθῆναι τὸ ποτήριον ἀπ' ἐμοῦ, τῶν πολλῶν καὶ πολυτρόπων φροντίδων καὶ πειρασμῶν πιτνιώμενος· νῦν δὲ αὐτὰ μεταδιδάσκει τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἐλέγχει ἀναξιότητα· καὶ οὐκέτι φόβος προσδοκίας, ἀλλ' ὀδύνη πειραζομένη περὶ τὰ καίρια, καὶ στεναγμὸς, καὶ ἀμηχανία, ἐπὶ τοῖς ἤδη καταλαβοῦσιν. Ὅτε γὰρ ἱερεῖς, ὁποῖοι ἂν καὶ εἶεν, ὅμως πάντας ἐπὶ ἑνὶ πταίσματι πάσχοντας ὁρῶ, τυπτομένους, δημευομένους, φαυλιζομένους, τὰς γλώσσας ἐκτεμνομένους (φεῖσαι κύριε τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν) πῶς οὐ μακαρίσω τοὺς τετελευτηκότας ὑπὲρ ἐμέ; πῶς οὐ τὸ φορτίον τὸ ἐπιτεθέν μοι, οὐκ εἰς ἔλεγχον τῶν ἐμῶν ἁμαρτημάτων λογίσομαι; ἄνθρωπος ἄπορος, ἀπροστάτευτος, οὐδὲ τὸν νοῦν ἔχων ἀπαθῆ (οἷς ἔλεος μᾶλλον, οὐκ ἀγανάκτησις ἕπεται) ἔπαθεν ἅμα τοσαῦτα κακά· ἐπράθη, ἐτύφθη, ἐφυλακίσθη· τὸ ἀπαραμύθητον, ἀπετμήθη τὴν γλῶσσαν, καὶ ταῦτα ἱερωσύνην φορῶν· ὑπὲρ οὗ πολλάκις ἐπρέσβευσα, ὑπὲρ οὗ πολλάκις ἐδυσώπησα, ὑπὲρ οὗ ὁ μάταιος ἐγὼ τὰ ῥήματα ἀπαθείας ἔλαβον, καὶ οἱ ἰδόντες ἐπίστανται. Εἰ δὲ καὶ ἐπελάθοντο οὗτοι, τὸ θεῖον οὐκ ἐπελάθετο. ποία λοιπὸν ἐλπὶς πρὸς τὰ ἄδηλα, ὅτι περὶ τῶν φανερῶν καὶ ὑπ' ὄψιν κειμένων οὕτως ἀποτυγχάνω καὶ διαπαίζομαι; πῶς ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, καὶ ὑμῶν, καὶ τοῦ λαοῦ, πρεσβεύσας ἐξιλάσομαι, ὅτε πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ἑνὸς πρεσβεύσας οὕτως ἐξέπεσα, οὕτω παρεκρούσθην; ταῦτα δακρύων αἵματι ἔγραψα· ἐν σοὶ δέ ἐστι τὸ λοιπὸν, ἢ πρώτην, ἢ τελευταίαν τὴν δὲ τὴν ἐπιστολὴν δέξασθαι. ἐγὼ γὰρ κατ' ἐνώπιον κυρίου λέγω, ὡς εἰ οὕτως ἐστὶν ὑμῖν σκοπὸς ἐν ταῖς εὐλόγοις ἡμῶν ἱκεσίαις καὶ παρακλήσεσιν παρακρούεσθαι ἡμᾶς καὶ ἀποπέμπεσθαι· καὶ εἰ μή τις γένηται τῷ ἀθλίῳ ἐκείνῳ τὸν δυνατὸν τρόπον παραψυχὴ καὶ παράκλησις, οὔτε γράψω,

tur) concuſſum me & conturbatum tunc temporis habuit: iſtis ego exagitatus & acerbè vexatus ploravi, deprecabar, nihil non potiùs in me admiſiſſem quàm ut in ſuffragia corum irem, qui me compellebant; ut poculum illud multarum & multiplicium curarum à me transferatur, atque tentationum, intercedebam. Nunc ſe quidem res ipſæ me docent, & meam ſatis redarguunt dignitatem, nec ulteriùs me metus exſpectando, ſed dolor accepti lethalis vulneris torquet, ſingultus, ſuſpiria, & deſperatio tenuere. Cùm afflictos intuear univerſos & ſingulos ſacerdotes ob unicum admiſſum, verberibus, vinculis malè tractatos, etiam excisis linguis (ignoſce peccatis quæſo noſtris Domine) cur non beatos prædicem defunctos, potiùs quàm meipſum? cur non hoc onus mihi impoſitum reputem in meorum peccatorum redargutionem? indigens homo & ſine patrono, ſed nec mente ſanâ præditus (quæ ſur t ejus generis ut miſericordiâ potiùs quàm indignatione digna habeantur) multas ſimul aggeſtas miſerias pertulit: venditus, & verberibus cæſus eſt, in carcere demum conjectus, &, quod nullum ſolatium admittit, lingua illi exſcindebatur, quódque magis eſt indignum, cùm ſacerdos eſſet; pro illo ſæpius interceſſi, ſæpius adhibui preces, in cujus cauſa verba tantùm accepi ego vanus ſine condolentiæ ſenſu, quod videntes intelligebant. Qui ſi horum obliti ſint, at non divinum numen obliviſcetur. Cùm in rebus tam perſpicuis & ſub oculis poſitis ità ſpe dejiciar, & riſui exponar, quæ relicta erit ſpes mihi de incertis? Quomodo pro peccatis & veſtris & populi intercedam, & illa expiabo, cùm pro vel uno apud te intercedens, adeò exciderim exſpectatione, adeò fuerim deceptus? Iſta quidem lacrymans cum ſanguine exaravi. Penès te eſt deinceps ut hanc vel primam vel poſtremam Epiſtolam à me habeas. Domino etenim teſte denuncio, quòd ſi id tibi propoſitum ſit ut deceptos nos ableges & contemtos, ubi tam rationabiles offerimus ſupplicando admonitiones, ità ut, cùm poſſit fieri non difficulter, trimiſer ille nullam invenerit conſolationem aut reſocillamentum, nequaquam deinceps ſcripturum, aut moleſtiam

moleſtiam tibi creaturum, ſed rebus meis conſulens, & meam vicem deplorans, obmuteſcam: ſi enim poſt quotidianas illas quæ foris quotidie in me concitentur tentationes & exigentias, miſeram quoque animam meam in eo ſim ut diſperdam, ultra omnes mortales deploratiſſimus eſſem.

οὔτε ἄλλως πῶς ἐνοχλήσω, ἀλλ' ἡσυχάσω, ἐμαυτὸν ἐπισκοπῶν, καὶ τὰ ἐμαυτοῦ ὀδυρόμενος· εἰ γὰρ μετὰ τῶν καθημερινῶν, τῶν ἔξωθεν ἡμῖν ἀναφυσωμένων πειρασμῶν καὶ περιστάσεων, ἢ τὴν ἀθλίαν μου προσαπολέσω ψυχὴν, ἀθλιώτερος ἂν εἴην πάντων ἀνθρώπων.

NOTÆ.

Iterum deplorat Patriarchatum initum à ſe coacto & invito, & tragicas crudelitates inter factionarios perpetrataſq; ſuæ autem partis ſacerdotes, & in Clero conſtitutos, inauditis tormentis excarnificatos. *Ἀνθρώπων ἁπάντων.*] intelligit illum ſacerdotem pro quo intercedit, qui inter alios *αἰκισμοὺς*, & linguâ exciſâ miſerè mulctabatur.

Epiſt. 7.

Paulo Monacho lapſo.

DEum noſtrum Chriſtum abnegavit Petrus; diffidebat eidem Thomas; Judas autem prodidit. Tu autem ſi reſipueris ab iis quæ contra nos, aut tuam potiùs ſalutem, furore percitus patraveris, quæ te ad mentem ſanam reducere debebant, deſperare noli. Nos enim, utcunque tute ipſe emanſor fueris, ab affectu in te noſtro non excidimus. Sint Thomas & Petrus antiqua tibi exempla ad converſionem: ſed & alios etiam collapſos conſervabis, cùm à caſu tuo reſuſcitatus fueris. Quòd ſi nequaquam pœnitentiam egeris, te licèt dolentes ſic affamur, reliquum eſt ut Judæ laqueum reſpicias.

Ἐπισ. ζ.

Παύλῳ μονάχῳ ἀποστατήσαντι.

ΤΟν Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν, ὁ Πέτρος ἠρνήσατο, ὁ Θωμᾶς ἠπίστησεν, ὁ Ἰούδας προύδωκε, σὺ οὖν, εἰ μὲν μετέγνως ἐφ' οἷς, ἐξ ὧν ἔδει σε σωφρονεῖν, καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τῆς σῆς σωτηρίας, ἐμάνης, μηδὲν ἀπογνῷς. οὔτε γὰρ τῆς ἡμῶν πρὸς σὲ, κἂν αὐτὸς ἐξέστης, ἀπέστημεν διαθέσεως. καὶ Θωμᾶς σοι τῆς ἐπιστροφῆς, καὶ Πέτρος, παλαιὰ παραδείγματα· σώσεις δ' ἴσως καὶ αὐτὸς ἄλλους σφαλέντας, δι' ὧν αὐτὸς ἀνέστης πεσών, εἰ δὲ μὴ μεταγνῷς, κἂν ἀνιώμενοι, λέγομεν, πρὸς τὸν Ἰούδα σε βρόχον ὑπόλοιπον ἀφορᾶν.

Epiſt. 8.

Bardæ Cæſari.

COntumeliis affecti gaudemus; ægrè tantùm ferimus quòd tu ſis qui ſic afficis, ſpes erat, ut ſi quis alius nos aggrederetur, tute te patronum interponeres. Adhuc magis ægrè eſt, quòd cùm injuſtè patimur, injuriam tamen dicimur inferre; dolos confuere; & illi hoc ſcribunt, qui nos multifariam quotidie dolis petunt. De cunctis Servatori Deo gratias agimus. Quòd, ſi autem hanc vitam non profiteremur tentatotium, certè quæ nobis accidunt vehementer doleremus. Tu autem, ſi è vetuſta memoria nullum aliud exemplum recolere volueris, tamen excita temet

Ἐπισ. η'.

Βάρδᾳ Καίσαρι.

ΧΑίρομεν ἐπηρεαζόμενοι· ἀλγοῦμεν δὲ, ὅτι τοὺς ἐπηρεάζοντας ὑμᾶς ἔχομεν, παρ' ὧν ἡμῖν καὶ προστασίας ἐλπίδες, ἄλλων ἴσως ἐπιτιθεμένων, ἐκρέμαντο. καὶ τὸ βαρύτατον, ὅτι ἄδικα πάσχοντες, ἀδικεῖν ἐγκαλούμεθα· καὶ δόλους ῥάπτειν γραφόμεθα, ὑφ' ὧν αὐτοὶ πολλοὺς καθ' ἑκάστην ὑπομένομεν. χάρις οὖν, πάντων ἕνεκα, τῷ σωτῆρι ἡμῶν θεῷ. καὶ εἰ μὴ τὸν παρόντα βίον πειρατήριον ᾐδειμεν, σφόδρα ἂν ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἀπολοφυράμεθα. σὺ δὲ, εἰ μή τι ἄλλο τῶν παλαιῶν παραδειγμάτων ἐπὶ νοῦν ἀναλαβεῖν ἐθέλοις,

ἀλλὰ

ἀλλὰ τόγε Ἡρώδου οἶκον, καὶ τοὺς Ἀντιπάτρου τρόπους, ἐπισκοπῶν διανάστηθι. ὅπως, ὁ μὲν πολλαῖς μηχαναῖς τὸν ἄνδρα, καὶ τοίγε καὶ ἀγχίνουν ὄντα, ἐπὶ τῶν φιλτάτων, περιῆλθεν. ὁ δὲ τοῖς ἔξωθεν πᾶσι περιῤῥεόμενος ἀγαθοῖς, καὶ εὐτυχέστατος εἶναι νομισθεὶς, δυστυχέστατός τε καὶ ἀθλιώτατος γέγονεν· ὅτι φθόνῳ καὶ διαβολαῖς ἀναπεπτάκως τὰ ὦτα, γένους ἅμα καὶ φίλων, καὶ αὐτῆς γονῆς, τὸν οἶκον ἔρημον ἔδειξεν. εἴ τι οὖν σοι καὶ ἡμεῖς ἐν φίλων καὶ οἰκείων τάξει λελογίσμεθα, ὅρα μήποτε τοῖς συκοφάνταις ἑαυτὸν χειροήθη παρασχησάμενος, τὸν σὸν οἶκον φίλων καὶ οἰκειοτάτων ἐξερημώσεις. Εἰ δέ τις ἐστὶ καὶ δίκης ὀφθαλμὸς ἐνταῦθα, μὴ νόμισε τοῦτον διαπαντὸς καθευδήσειν· ἡμᾶς δὲ πάλαι ἀδίκως καὶ τὰ ἔσχατα παρεσκευασμένους, οὐ νῦν, ἀλλά γε καὶ πάλαι, τοῖς θείοις ἐντραφέντας, ἴσθι, προστάγμασι· καὶ χάριν ὁμολογεῖν εἰδέναι, εἴ τις ἡμῖν ἐπιτομωτέραν πρὸς τὴν ἐκεῖθεν πολιτείαν τὴν πορείαν συσκευάσοιτο.

ut recolas Herodis domum, & Antipatri mores: Quomodo Antipater, virum utcunque ſolertem, contra amiciſſimos concitavit, multis circumventum machinamentis. Herodes cùm ab extra bonis omnibus diffueret, & beatiſſimus habebatur, infeliciſſimus exſtitit & miſerrimus: invidiæ ſiquidem & calumniis patefactis auribus, domum progenie, amicis, liberis vacuârit. Quòd ſi nos in aliquo amicorum ac familiarium ordine annumeras, vide quæſo nè te committas circumducendum ſycophantis, atque ità tuas ædes quoq; ſpoliatas amicis & familiaribus reddas. Quòd ſi oculus rebus noſtris interſit juſtitiæ, nolito putare perpetuò illum ſomno ſopitum: ea nos autem, non nunc primum, ſed jam pridem injuſtè vel extrema pati paratos, utpote divinis innutritos preceptis, cognoſcas. Certè gratias illi habituri ſumus qui viam nobis maximè compendiariam, licèt præcipitantem, ad cœleſtem monſtraverit converſationem.

NOTÆ.

Bardam, Cæſarem nunc creatum, queritur, non modò minùs ſuæ cauſæ favere, ſed & inter hoſtes principem imprimis locum obtinere, quem Annales, ubique patronum in cauſa, ſed & tantùm non in omnibus negotiis Deum tutelarem, vocant. Hæc porrò Epiſtola, uti & præcedentes ad Bardam ſcriptæ, Photium, impium, improbum, & hypocritam non repræſentant, quod calumniatur Baronius, ſed verè pium, & Divinæ providentiæ ſe ſubmittentem. Ἀντιπάτρου τρόπους.) Locus planè obſcurus, & ſcaber. Nam quem hic Antipatrum intelligit? an Herodis patrem? ſed minimè meretur vir ille ſtrenuus hoc elogium. Neminem ille circumvenit, neminem in affines concitavit: ſed opinor Herodis filium è Doride Antipatrum avo ſuo cognominem volebat, qui τὸν ἄνδρα, hoc eſt, Herodem patrem ſuum, virum certè ἀγχίνουν, ità circumvenit, ut in perniciem amiciſſimorum illum concitaret; hoc eſt, filiorum Ariſtobuli, & Antipatri, quos è dilecta conjuge Mariamne ſuſceperat; reliqua de Herode ſunt apertiora; notum è Joſepho quæ & quanta ille paſſus ſit. Et certè Photius in Bardæ cauſa vates inanis non fuit. Nam non multò pòſt, ab ingrato & ſtupidiſſimo Imperatore Michaele proditus, Baſilio, qui ſtatim depoſito & interemto Michaele regnavit, procurante, Bardas per conjuratos interfectus membratim concidebatur. Vide Annales ad annum Dccc lxxx.

Ἐπισ. ϛ΄.

Ἰωάννῃ Μητροπολίτῃ Ἡρακλείας.

Ἀπολοφύρῃ τὰ σὰ, ὅτι τὰ ἡμέτερα ἀγνοεῖς. εἰ δ' ἃ πάσχομεν, ᾔδεις, καὶ πρὸς οἵους ἄθλους καθ' ἑκάστην ἀποδυόμεθα, οἶμαι ἄν σε λιπεῖν τὸ τὰς σὰς ἐξαριθμεῖν καὶ θρηνεῖν συμφοράς. καὶ τῶν βροντῶν γὰρ τοὺς ἐξαισίους ἤχους, ἐπειδὰν πολὺ καταῤῥαγῶσι, μείζους, τοῖς ὠσὶν ἀλύπως φέρειν μᾶλλον, ἢ πρότερον, ἐθιζόμεθα. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν; ἢ καρτερῶς ἐναθλεῖν

Epiſt. 6.

Joanni Metropolitæ Heracleæ.

Tuum ipſius deploras ſtatum, nam ignoras noſtrum. Quòd ſi illa cognoſceres, quæ nos patimur, & ad quæ certamina quotidie deſcendimus, opinor te nolle ulteriùs proprias tuas enumerare vel deplorare miſerias. Fulminum certè ſonos & tonitruum infauſtos, dum majore cum horrore incutiantur, cum metu ſufferre aſſuefacti ſumus multo, quàm olim, minore. Quid agendum igitur? Nihil certè aliud

quàm

quàm animoſiùs colluctari cum iis quæ acciderunt: ut qui ſciamus optimè, quòd ſacra nobis & divina Oracula ſuggerunt, non eſſe vitam hanc præſentem luxu tranſeundam, haud in illa corollas & præmia condonari, ſed certamina, labores, colluctamenta ſubeunda; retributionem, coronas, fruitionem indè expectanda, unde etiam, id eſt de cœlo, per divinam miſericordiam illa inveniemus.

τοῖς ἐμπέπλευσιν· ἀκριβῶς εἰδότες, καθ' ἃ δή που καὶ τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ διαμαρτύρεται λόγια, ὡς ὁ παρὼν βίος οὐκ ἔστι τρυφῆς καὶ βραβείων καὶ ἐπάθλων, ἀλλ' ἀγώνων καὶ πόνων καὶ παλαισμάτων· τὰ δὲ γέρα, καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τὴν ἀπόλαυσιν ἐκεῖθεν προσήκει ἐπιζητεῖν, ἐκεῖθεν, εἰ μὴ μέγα εἰπεῖν, Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ καὶ εὑρήσομεν.

Epiſt. 10.

Sergio Magiſtro, & Dromi Logothetæ.

Non quidem contra nos, ut tute ſcribis, ſed pro nobis dicta, quæ dicebantur à te, reputamus; atque ideo veniam dictis precari non erat opus. Siquidem quæ protuliſti vera ſunt, commodo non incommodo me affeciſti, dum culparum inſtituis reprehenſionem, quæ ſolet procurare emendationem; ſin falſa protuleris, magìs quidem magiſque profueris, eò quòd falsò culpaveris; res enim magìs attendere, & in præcinctura ſtare nos feciſti; non tantùm ut ab operibus iis abſtineamus quæ retuliſti, ſed ut & à pravis cogitationibus quantocyùs quàm longè recedamus; eò quòd retributio à cœlis repoſita eſt iis, qui cum propoſito mentiendi verba impia protulere. Noli igitur de dictis erubeſcere; tantum abeſt ut te nos ob illa incuſemus, ut etiam ſcripto conſignatas habeamus gratias.

Ἐπιστ. ι'.

Σεργίῳ Μαγίστρῳ καὶ Λογοθέτῃ τοῦ Δρόμου.

Οὐ καθ' ἡμῶν ὥσπερ ἔγραψας, ἀλλὰ ὑπὲρ ἡμῶν, τὰ λαληθέντα σοι λογιζόμεθα· οὐκ οὖν οὐδὲ συγγνώμην, οἷς ἐλάλησας, προσήκει αἰτεῖν. εἰ μὲν γὰρ ἀληθῆ τὰ ῥηθέντα, ὠφέλησας, ἀλλ' οὐκ ἔβλαψας, ἔλεγχον τῶν ἁμαρτημάτων ποιησάμενος, ἐξ ὧν εἴωθε διόρθωσις περιγίνεσθαι· εἰ δὲ ψευδῆ, πολὺ μᾶλλον ὠφέλησας, μάτην αἰτιασάμενος· προσέχειν τε γὰρ οὕτω μᾶλλον, καὶ περιστέλλειν ἑαυτοὺς, οὐ τῶν ἔργων μόνον, ὅσα μὴ δεῖ, διανέστησας, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον προσῆλθεν ἀναχωρεῖν καὶ τῶν μὴ καλῶν ὑπολήψεων. Ἄλλως τε δὲ, ὅτι καὶ μισθαποδοσίαι τοῖς ἐπὶ ψευδέσι ῥῆμα πονηρὸν ὑφισταμένοις, ἐκεῖθεν ἀπόκειται. μηκέτι οὖν ἐπερυθριῶν τοῖς σοι λαληθεῖσιν ἐπιδείκνυσο· ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον ἀπέχομεν περὶ τούτων ἐπικαλεῖν, ὥστε σοὶ καὶ χάριν ὁμολογεῖν ἐγγράφως ἤδη συντιθέμεθα.

Epiſt. 11.

Euſtathio Patriarchæ Antiocheno.

Viæ longitudo, & hoſtium metus, argumentum ſuppeditant Laconiſmi. Et certè ſi hoc mutuò pacti fueramus, ſcutale Epiſtolam expeditam traderet. Fertur ſacerdotalem tuam perfectionem nos diligere, & conſpectam cupere: Noveris autem nos (Nam quid hîc opus conteſtatione.)

Ἐπιστ. ια'.

Εὐσταθίῳ Πατριάρχῃ Ἀντιοχείας.

Τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, καὶ τῶν ἐχθρῶν ὁ φόβος, λακωνίζειν ἡμῖν ὑποτίθεται· καὶ εἴγε ἀλλήλοις συνέκειτο, ἢ σκυτάλαις ἂν τὴν ἐπιστολὴν διεκόμιζον· φασὶν οὖν σου τὴν ἱερατικὴν τελειότητα, ἐρᾷν τι ἡμῶν, καὶ ἰδεῖν ἐφίεσθαι· καὶ ἡμεῖς δὲ, ἴσθι, ὡς οὐδὲν ἔλαττον (τί γὰρ δεῖ νῦν διαφιλονικεῖν)

ὡς οἶμαι πολὺ πλέον, κατὰ τὸν θεῖον τοῦτον ἔρωτα διακείμεθα. Εἰ οὖν τοῖς λόγοις καὶ ἀλήθεια ἐπικάθηται, τὸ κωλῦον οὐδὲν τοὺς ἀλλήλων ἐραστὰς, ἔργῳ τε τὸν πόθον παραστῆσαι, καὶ ἀλλήλοις ἐμφανισθῆναι, καὶ τῆς αὐτόθεν ἀναφυομένης κοινῆς ὠφελείας κατατρυφῆσαι. ὁδὸς γὰρ καὶ μῆκος, οἷς ὁ τῆς ἀγάπης ἔρως διεπτέρωται, κἂν δυσχερέστατα εἴη, ῥᾷστα καὶ κούφως διαπεραίνεται. Τὰ δὲ ἄλλα, πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἄριστε, ἔρρωσο, εἰδὼς ἀπεκδεχομένους ἡμᾶς τὴν σὴν παρουσίαν, καὶ τὸ διακαὲς τοῦ πόθου, τῇ ἐλπίδι τῆς ἐπιτυχίας ἀναψύχοντας. Ἔρρωσο.

Ἐγράφη αὐτοχειρίᾳ.

non minùs, ſi non magis, hoc ſecundùm Deum affectu detineri. Si verbis igitur comes adhæret veritas, nihil impedit, quò minùs qui ſe mutuò diligunt reipsâ deſiderium adimplere, alteri alterum patefieri, & indè reſultante communi utilitate oblectari. Itinera quamvìs longa, ubi alis amoris dilectio inſtruitur, & quamvìs difficillima, expeditè & leviter tranſmeantur. Quod cætera attinet, Patrum & Fratrum optime, Vale; ſcias nos tuam exſpectare præſentiam, interim deſiderii ardorem, ſpe futuræ conſecutionis refocillemus. Vale.

Propria manu exarabatur.

NOTÆ.

Euſtathius Patriarcha Orientis, à partibus Photianis ſtabat, & ſummo in eum affectu ferebatur: ſed longo terrarum intervallo diſterminabantur, nec liberè quæ volebat Photius ſcribere poterat, nè per vias ab hoſtibus obſeſſas literæ miſſæ interciperentur. Quocirca ait, Ἔργα ἀλλήλοις συνάπτειν, *ſi de compacto inter nos, ſcytalis uteremur.* Σκυτάλη autem inquit Heſychius, Λακωνικὰ ἐπὶ τῶν ἀγγελιοφόρων τάσσεται. Ἔθος γὰρ ἦν ἀρχαῖον τὸ χρῆσθαι ταῖς σκυτάλαις, τῶν παρ' Ἕλλησι γραμματείων καὶ βιβλίων. Apud Lacedæmonios, paria erant: emiſſi ad rem gerendam Duces, unam ſecum portabant, alteram conformem apud ſe Ephori retinebant. Cùm aliquid ſecretius in mandatis dandum erat, ſuæ ſcytalæ obductum pergamenum inſcribebant: quæ ſic ſcripta, divulſis literis & ſyllabarum Elementis, legi non poterant, niſi ſcytalæ alteri circumplicatur. *Vide Cragium de repub. Lacedæmoniorum.*

Ἐπιστ. ιβ΄.

Μονάζοντι Ε. πεσόντι.

Ἥμαρτες· ἀνθρώπινον τοῦτο. ἀλλ' ἐπιμένεις τῷ κακῷ, καὶ οὐκ ἐπιστρέφῃ· δαιμόνιον, * οἴ μοι, τοῦτο. Σκόπει δή, μὴ ἀντὶ τοῦ παραγγεῖλαί σε εἰς τὴν τῶν μοναζόντων κληρουχίαν, καὶ ἐπαγγείλασθαί σε τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν, εἰς τὴν τῶν δαιμόνων κατενεχθῇς μοχθηρίαν, καὶ πρὸς τὴν ἐκείνων ἀπενεχθῇς τιμωρίαν· ὅτι πᾶσα πρόφασις ἀργεῖ, καὶ εἰς κενὸν ἡ μετάνοια.

* ἴσ. δεῖμαι.

Epiſt. 12.

Monacho E. collapſo.

Peccaſti: humanum eſt. Sed peccato admiſſo inhæres, nec reverteris: Hei mihi, hoc diabolicum eſt. Conſidera quæſo, an non profeſſus cum monachis ſortem, & ſtipulatus angelicam converſationem, in infauſtum dæmoniorum ſtatum recidens, ad illorum pœnas præcipitaris, ubi ceſſat propoſitum, & fruſtratur pœnitentia.

Ἐπιστ. ιγ΄.

Βασιλείῳ Πατρικίῳ, καὶ ἐπάρχῳ πόλεως.

Ἔρρει τὰ καλὰ, καὶ τῆς ἀρετῆς ἡ χάρις οἴχεται, κακία δὲ πολιτεύεται· καὶ τὸ μὲν ψεῦδος πτεροφυεῖ, *φυλλοβολεῖ δὲ τὰ πτερὰ ἡ ἀλήθεια. Πόθεν οὖν ἡ τοσαύτη τῶν κακῶν Ἰλιάς; Ὅτι σὺ μὲν, ὥς φασιν, ἄρχεις

* ἴσ. πτερορρυεῖ ἡ ἀλ.

Epiſt. 13.

Baſilio Patricio urbis præfecto.

Diffluxit virtus, abiit ejus gratia, obtinet impietas, & mendacium alis pullulantibus creſcit, veritatis alæ floreſque decidunt. Unde autem hæc invaluit malorum Ilias? Nimirum aiunt quòd tu ſis cum imperio, & qui multò

multò digniores ſunt ut tibi imperent, tuum tolerare & trahere jugum cogantur. Moderata certè videtur improbitas quæ vitam ipſis penitus non abſciderit; hoc eſt quòd fures paſſim & carnifices per urbem ſcatent. Hæc ego de te nullus prædico; is autem qui in præſenti patrat, ea quæ per omnium ora & aures celebrantur, ipſus eſt qui (licèt ego conticeſcam,) iſtiuſmodi titulis dignus eſt. Tu porrò, ſi quod referunt, illa agis, odio potiùs habeto actionem ipſam, de perpetratis pudefias, quàm memineris ut punias eos qui ſic loquuntur. Sunt enim actiones propriis ſuis nominibus deſignandæ. Qui quemcunque titulum in malam partem capit, is potiùs id agere debebat, ut actiones ipſas evitaret, ſin autem te mendaciis onerant, id agas oportet, ut quemadmodum receſſeris ab agendo malè, ità & omnem devites ejus propinquitatem. Illud ſupplicium meretur, laudem iſtud non meretur. Non modò lædit ignis accipientes, ſed & fumus eorum oculos perſtringit & fuliginat qui non longè ab igne conſiſtunt.

οἱ δὲ σου πολὺ χρείοτέρως ἄρχειν, τὸν σὸν βαρὺν ἕλκειν ζυγὸν ἀναγκάζονται· καὶ μετρία τούτοις κέκληται, ἡ μὴ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ζωὴν περικόπτουσα· τοῦτό ἐστιν ὁ ἐν πόλει λῃστὴς, καὶ ὁ πάνδημος δήμιος. Ἐγὼ μὲν οὐ λέγω ταῦτα περὶ σοῦ· ἀλλ᾽ ὁ ποιῶν τὰ νῦν πάσῃ γλώσσῃ καὶ ἀκοῇ πάσῃ περιαδόμενα, ἐκεῖνός ἐστι (κἂν ἐγὼ σιωπήσωμαι) ὁ τούτων τῶν ὀνομάτων ἄξιος. Σὺ δὲ, εἰ μὲν πράττεις ἅ φασι, μίσησον μᾶλλον τὴν πρᾶξιν, καὶ τοῖς πραττομένοις αἰσχύνθητι, ἢ τοῖς ὀνομάζουσι μνησικάκησον. Οὐ γάρ ἐστιν ἄλλως τὰς πράξεις, ἀλλ᾽ ἢ τοῖς οἰκείοις ἐξονομάζειν ὀνόμασιν. Καὶ τῷ δυσχεραίνοντι ταῖς κλήσεσι, πολλῷ πρότερον ἡ φυγὴ διαπονεῖται τῶν πράξεων. Εἰ δὲ τὰ ψευδῆ σου καταχέουσι, σπεῦσον ὥσπερ ἔφυγες τὴν πρᾶξιν, οὕτω φυγεῖν σε καὶ τὸ ἐγγὺς τυγχάνειν τῆς πράξεως. Τὸ μὲν γὰρ κολάσεως, τὸ δὲ οὐκ ἐπαίνου ἄξιον· καὶ οὐχὶ τὸ πῦρ λυμαίνεται μόνον τοὺς ἁπτομένους, ἀλλὰ καὶ ὁ καπνὸς, τῶν μὴ πόῤῥω τοῦ πυρὸς ἀφεστηκότων ἀμαυροῖ σου τὰς ὄψεις καὶ ἀμαυρούμενος.

NOTÆ.

BAſilius hic erat è Macedonia oriundus: quem indignum aliquo honore, Michael ille ſtolidus, occiſo per ipſius fraudem Barda, ad Patriciatûs dignitatem extulit, & urbis Conſtantinopolitanæ magiſtrum fecit, in ſuam perniciem. Nam ſublato Barda, qui ſolus adverſari poterat, Dominum ſuum regno pulſum interemit. Quid mirum igitur, ſi qualis à Photio depingitur fuerit? Erat autem Patriciatûs dignitas proxima Imperatori, ſupra Præfectum *Prætorii*, etiam & Patriarcham in Eccleſiaſticis. Ad tam ſuperbam impietatem Græci illi Imperatores extulerant, ut tandem non immeritò Turcis à Deo caſtigandi traditi fuerant.

Epiſt. 14.

Sergio Magiſtro & Logothetæ.

AB hoſtibus inſidiæ, convitia, barathra parantur: Amicorum eſt, indignis modis mulctatos rueri velle, periculis ſe ob eos offerre, & vim illatam prohibere, quantum quidem in ipſis fuerit. Inter inimicos modeſtus eſt, qui ab antè memoratis ſe expeditum tenens; nec ſycophanta, nec doloſus, nec inſidiarum ſtructor erit. Improbus autem amicus ille (ſi modò talis amicus dicendus) qui nec protegit nec periclitatur pro amico, nec feſtinat eos repellere, qui in amicum ejus irruere ſecum ſtatuerunt: Id enim

Ἐπιστ. ιδ΄.

Σεργίῳ Μαγίστρῳ καὶ Λογοθέτῃ.

Ἐχθρῶν εἰσιν, αἱ ἐπιβουλαὶ, καὶ αἱ λοιδορίαι, καὶ τὰ βάραθρα· φίλων δὲ, τὸ ὑπερασπίζειν, καὶ προκινδυνεύειν, καὶ κωλύειν τοὺς ἐπηρεάζοντας, ὅση δύναμις. Μέτριος οὖν τῶν ἐχθρῶν ἐκεῖνος, ὁ τῶν προειρημένων ἑαυτὸν καθυφείς· καὶ μήτε συκοφαντῶν, μήτε δόλους, μήτε ἐπιβουλὰς σκευαζόμενος. καὶ ἄθλιος τῶν φίλων ἐκεῖνος (εἴγε φίλος ὅλως) ὁ μήτε ὑπερασπίζων, μήτε προκινδυνεύων, μήτε ἀνακόπτειν σπεύδων τοὺς προαιρουμένους ἐπιτίθεσθαι. Τοῦτο

γὰρ καὶ τῶν ἐχθρῶν ἂν (ὥσπερ ἔφην) ποιήσῃ ὁ μέτριος. Σκόπει οὖν, οἷς ὑπὲρ σοῦ λέγεις, τινὶ σεαυτὸν συντάττεις. Οὐχ ὕβρισα γάρ, οὐδὲ τῶν διασυρόντων, φῄς, γέγονα, οὐδὲ κατὰ σοῦ δόλους ἐρραψάμην. ἐγὼ δ' εἰ μὴ τὸ φορτικὸν ηὐλαβούμην, ἰσχυρισαίμην ἄν, ὡς οὐδὲ τοῦτο τῆς σῆς ἕνεκα φιλοτιμίας καὶ γνώμης· ἀλλ' ὅτι μηδ' ἔχεις, ἐξ ὧν σοι ταῦτα, μὴ λίαν ἀσχημόνως καὶ ἐπιγελάστως, συμπλασθήσεται.

vel qui inter inimicos modeſtus eſt (ut dixi) efficiet. Vide ſis ergò cui ipſorum te annumeres, per ea quæ pro te allegas, Te non affeci contumeliis, inquies, nec iis annumerabar qui te irridebant; nullos in te contexui dolos. Ego certè, niſi quod odioſum hoc fore verear, confirmare auderem hoc nullo modo ut æſtimationi tuæ conſuleres, aut ſententiæ factum: Imò verò nullam habes occaſionem tibi ſuppeditatam unde iſta, niſi admodum abſurdè & ridiculè, confingere poſſis.

Ἐπισ. ιε'.

Σάβᾳ ἡγουμένῳ τῶν Πισσάδων.

ΟΥκ οἶδ' ὅ, τι καὶ εἴπω περὶ τῆς ὑμετέρας διαθέσεως. Ἐγὼ μὲν γὰρ εἶδον προβάτου σε δορὰν περικείμενον, καὶ ἐδόκουν ἁπλοῦν καὶ ἄκακον, καὶ τῆς Χριστοῦ ἀγέλης ἄξιον εἶναι τὸ καλυπτόμενον. Οἱ δέ φασι, τὴν δορὰν ἀλώπεκα κρύπτειν· ἣ νεκρὰ καὶ ὀδωδότα *τρέφει σώματα, ὅσα τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ διασαπέντα πληρώματος δαίμοσι τροφὴ καὶ τοῖς αὐτῶν θεράπουσι γίνεται. Καὶ ἐγὼ μὲν ἤκουόν σε πλάνην λέγοντα μακράν, καὶ ματαίαν πλάνην ἀπολοφυρόμενον, τὴν πάλαι σοῦ πλάνην. Οἱ δέ σε φασὶν ἐκείνην ἔτι περιπλανᾶσθαι, μηδὲν ἔλαττον τῶν κορυβαντιώντων διακείμενον. καὶ σὺ μὲν κατὰ πρόσωπον ἡμᾶς ηὐλόγεις, καὶ σωτῆρας ἡμᾶς ὡμολόγεις, ὅτι σε τοῦ βόθρου τῆς διαστροφῆς ἐκείνης καὶ ἀπάτης ἀνειλκύσαμεν· οἱ δέ σέ φασιν, ἀπόντων ἡμῶν, καταγογγύζειν, ὅμοια τοῖς ἐπὶ σκηνῆς ἀσελγαίνοντα. Ἐννόει δὴ ταῦτα εἰ ὅλως Χριστιανῶν, μήτι γε μοναζόντων, δύναται εἶναι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐπλάσατο ταῦτα, ὀδύρεσθαί με δεῖ τῶν κατειπόντων, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος, ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων· εἰ δ' ἀληθῆ τὰ ἀπηγγελμένα, θρηνεῖν προσήκει τοὺς ἡμαρτηκότας, ὅτι μάταια λαλεῖ ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ δολίοις περιπτύσσεται χείλεσι. Πάντως δὲ δεῖ με ἀνιᾶσθαι· τῆς ἐμῆς γὰρ καὶ Χριστοῦ ποίμνης, κἂν μὴ βούλωνται, καὶ τὰ λεπρωθέντα, καὶ περὶ αὐτῶν μετ'

* ἴσ. σήπει.

Epiſt. 15.

Sabæ Piſſadorum Hegumeno.

DE tua diſpoſitione & natura quid dicam neſcio. Vidi quidem ego te pelliculam indutum ovilem, & perinde, quod illâ tegebatur, ſimplex arbitrabar, ſine malitia, Chriſti grege dignum. Vulgò autem aiunt, pellem illam vulpem obtegere; quæ mortua & olentia nutrit corpora, cujusmodi nempe in cœtu putrefacta Eccleſiaſtico, dæmonibus pabulum atque eorum miniſtris fiunt. Ego certè te audivi longum errorem prædicantem, fruſtraneum errorem tuum deplorantem, antiquum ſcilicet errorem tuum. Aiunt autem, eundem te adhuc errare errorem; neque aliter affectum quàm inſani Corybantes. In faciem tu nos benedixiſti, ſervatores appellâſti, qui te de puteo perditionis, deceptionîſque illius extraximus: aſt in abſentes aiunt te nos obmurmurare, & non ſecus quàm in ſcena ſolent laſcivire. Recordare an hæc omnino Chriſtianum, nedum Monachum deceant. Quod ſi hæc commentitia ſint, deplorare me oportet oggannientes, *Quod defecit Sanctus, depauperata eſt Veritas à filiis hominum:* ſin quæ renuntiantur vera ſunt, deflendi planè ſunt peccatores, eò quòd ſtulta loquatur omnis apud proximum ſuum, & labiis doloſis oſculatur. Omni autem modo dolendum eſt mihi: Ad meum etenim & Chriſti gregem ſpectant, velint nolint, infecti leprâ, & cum

Paulo

Paulo de ipſis angimur, utcunque ſimul ſenſu tangi nolint.

Παύλου ἀξιομεμψιμοιρῶμεν, κἂν μὴ θέλωσι συναισθάνεσθαι.

Epiſt. 16.

Heliæ Protoſpathario.

SUpplicaſti: condeſcendi: factum eſt. Gratias age Deo igitur largitori & cauſæ bonorum omnium, quòd liber ſis à tributo graviſſimo colligendo.

Ἐπις. ιϛʹ.

Ἠλίᾳ πρωτοσπαθαρίῳ.

Ἠτήσω· συνεθέμεθα· γέγονεν· εὐχαρίστει οὖν Θεῷ τῷ χορηγῷ καὶ αἰτίῳ πάντων τῶν καλῶν, τῆς βαρυτάτης φορολογίας ἀπαλλαγείς.

Epiſt. 17.

Joanni Metropolitæ Nicomediæ.

NEc illudere novi, nec ferre illudentes poſſum. Si tu homo antiqui adeò moris, & ſimplex fueris, ut cùm ſimus affecti contumeliis, ejus ſenſu non tangi debere nos, opineris, haud æquum erat, ut tu nos læderes, eo fine quaſi morum tuorum ſimplicitas culpam extenuaret, & leviorem redderet. Cum verò per illa, quæ auſus es facere, ſtudioſè id egeris, ut ſenſum omnem à nobis ſuffurari poſſes, hâc tuâ ruſticitate duxiſti ingeſtam nobis calumniam: nec reſilire poteris ad illã quam in ſcenam producis nobis levitatem. Veruntamen nè non tam corrigendi, quàm puniendi causâ videar reprehenſionem ſtruere, cùm juſtitiæ omnia ſcrutanti & pervidenti ſatisfeciſſe deprehenderis pro injuriis & contumeliis quibus ſumus affecti, tum temet ego injuriâ me afficientem libens meritò immunem dimittam à ſupplicio, hoc tantum commonefaciens, cujus oportet meminiſſe, nempe pœnam & ſupplicium te ſubterfugiſſe non propter morum tuorum vel ſcævitatem, vel malam conſuetudinem, (unde fortaſſis, altum ſapis,) ſed per noſtram, quibus inſidiabaris, bonitatem, quippe qui ſimus Chriſti diſcipuli & ſectatores.

Ἐπις. ιζʹ.

Ἰωάννῃ Μητροπολίτῃ Νικομηδείας.

[a] Οὔτε παίζειν οἶδα, οὔτε παιζόντων ἀνέχεσθαι. Εἰ οὖν οὕτως ἦς αὐτὸς ἀρχαῖος καὶ ἁπλοῦς, ὥστε μηδ' ἡμᾶς περιπλακιζομένους αἰσθάνεσθαι οἴεσθαι, οὐκ ἔδει σε κακουργεῖν, ἵνα σοῦ τὸ ἁμάρτημα ἡ τῶν ἠθῶν ἁπλότης ἐδείκνυ κουφότερον· ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἴσθησιν ἡμῶν, δι' ὧν ἐτόλμησας, μελέτην ἔθου ληστεῦσαι, καὶ δυσζοτίᾳ τὴν καθ' ἡμῶν ὕβριν ηὔξησας· οὐδεμίαν ἔχεις ἀναχώρησιν εἰς τὴν νυνὶ παρὰ σοῦ σκηνοποιουμένην κουφότητα. πλὴν, ἵνα μὴ δόξω τὸν ἔλεγχον ἐπάγειν, οὐ διορθώσεως ἀλλὰ κολάσεως ἕνεκα, ὅτι τῇ παντεφόρῳ δίκῃ δίκας εἰσπράττεσθαι τῆς εἰς ἡμᾶς κακουργίας καὶ ὕβρεως, ὡς αὐτὸς ὁρᾷς, ἑάλως· τοῦτό σε τῆς σῆς δικαίας ποινῆς ἑκὼν ἀδικοῦντα ἀφίημι, τοῦτο μόνον ἐπειπὼν, ὡς μεμνῆσθαί σε χρὴ, ὅτι μὴ τῇ σῇ τῶν τρόπων κακοηθείᾳ καὶ λειότητι, (ἐφ' οἷς ἴσως μέγα φρονεῖς) τῇ δ' ἡμετέρᾳ τῶν ἐπιβουλευθέντων χρηστότητι, (Χριστοῦ γάρ ἐσμεν μαθηταί.) τὴν τιμωρίαν διέφυγες.

NOTÆ.

[a] Ἀρχαῖος eſt ἀληθής, & ut ſequitur, ſimplex. Erant enim omnia olim iſtiuſmodi, Saturno Rege, & Jove etiam, ſed Jove nondum barbato. *Si potes Archaicis conviva recumbere menſis*. hoc eſt, frugi & haud lautè inſtructis. Κουφότητα] morum levitatem vult, quam ἀρχέμυθος ὀπισθολὴς παιδιὰν dicebat. Ibid. legendum πανεπόπτῃ δίκῃ. Juſtitia quæ ſcrutata intuetur omnia. Ibid. λειότης videtur eſſe alienum; cùm eidem in prioribus παιδιὰν & κουφότητα abjecerit.

Ἐπισ. ιη'.

Μιχαὴλ τῷ θεοστέπτῳ βασιλεῖ.

Τῆς ὑμετέρας θεοστεφοῦς βασιλείας, καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτοκράτορος, ἀναλεγόμενοι τὴν ἐπιστολὴν, χαρᾶς ἅμα καὶ θάμβους ἐπληρώθημεν· χαρᾶς μὲν, ὅτι τὴν ὑμετέραν δι' αὐτῆς εὐηγγελιζόμεθα βασιλείαν, πάσης μὲν ἐπιβουλῆς ὑπὸ Θεοῦ φυλαττομένην ἀνωτέραν, πάσης δὲ κρείττω ἐπαναστάσεως, ἐχθρῶν τε πάντων ὑψηλοτέραν βουλευμάτων, καὶ παντὸς ἀπηλλαγμένην ἑτέρου συμπτώματός τε, καὶ ἀῤῥωστήματος. Ταῦτα χαρᾶς ἡμᾶς ἀνεκλαλήτου καὶ ἀγαλλιάσεως ἐπλήρωσε· θάμβει δὲ κατεσχέθημεν, καὶ πρὸς δάκρυα κατενέχθημεν, τὴν ἀνθρωπίνην ἀπολοφυρόμενοι ματαιότητα· καὶ ὅπως τινὲς τῶν ἀνθρώπων, πολλῶν μὲν χαρίτων, πολλῆς δὲ δόξης ἀξιούμενοι, κύριοι δὲ πολλοῦ γινόμενοι πλούτου· καὶ δέον μὲν τούτους, οἷς ἀπολαύουσιν, ἀγαπᾷν, καὶ τὰ οἰκεῖα μέτρα συνεπίστασθαι, καὶ τὸν εὐεργέτην ἄγειν δι' εὐφημίας ἁπάσης καὶ σεβασμιότητος· οἱ δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκόρεστον ἐνδεικνύμενοι, καὶ πρὸς πάντα διαπλωθῆναι φιλονεικήσαντες, τῆς τε ἰδίας κεφαλῆς καὶ εὐεργέτιδος τολμῶσι καταφρυάττεσθαι, καὶ τὸν τοῦ Σαλμωνέως μῦθον εἰς ἔργον προάγουσιν. ἐξ ὧν οὐ μόνον τῶν ἐλπίδων, ἃς ὀνειροπολοῦσι, καὶ ἐφ' αἷς ὠχοῦντο, διαπίπτουσιν· ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τούτων, ὧν δικαίᾳ ἐξουσίᾳ καὶ δεδομένῃ καθεστήκασι κύριοι, ἑαυτοὺς ἀφρόνως ἀπελαύνουσιν· οἷον δή τι διὰ τῶν γραμμάτων, (ὡς εἴθε μὴ ὄφελον) κατεμάθομεν, καὶ περὶ τὸν ταπεινὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον (οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως ἑτέρως εἴπω, τῆς ἀνθρωπίνης μιμνησκόμενος ἀθλιότητος) πῶς ὑπὸ τῆς ὑμῶν φιλοδώρου καὶ μεγαλοδώρου δεξιᾶς εἰς αὐτά που τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας ἀνυψωθεὶς, καὶ τὴν βασίλειον, εἰ καὶ μὴ τὴν κλῆσιν, ἀλλὰ τὴν ἐξουσίαν, συμμερισάμενος, οὐκ ἤνεγκεν, ὥς φασι, τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος, οὐδ' ἔστερξεν οἷς ἠξίωται, οὐδ' εὐχαρίστησεν οἷς ἀπέλαυσεν· ἀλλ' ὑστέριον

Epiſt. 18.

Michaeli Imperatori à Deo coronato.

Lectâ, quam accepimus ab Imperatoria verè poteſtate, & Deo coronato principatu, Epiſtolâ, gaudio ſimul repleti ſumus & admiratione. Gaudio certè, eò quòd lætum per eandem accepimus nuntium, Imperium veſtrum extra omnem conſpirationis aleam, à Deo poſitum & cuſtoditum, ſupra omnes inſurgentium machinationes conſtitutum, liberum & quietum ab omni alio caſu & infirmitate. Et hæc erant, quæ nos gaudio inexplicabili & exſultatione repleverunt: admiratione porrò capti ſumus, & ad lacrymas adacti effundendas, dum humanam deploramus vanitatem; nimirum cùm non pauci ſint qui magna gratia, gloriâ multiplici floreant, qui cùm poſſideant ingentes opes, ità ut contenti deberent eſſe cum poſſeſſis, & proprium ipſorum modulum agnoſcere, benefactorem verò omni laudis præconio, & veneratione proſequi tèneantur; illi tamen inexplebilem præ ſe ferunt cupiditatem, omni ſtudio & contentione ſe immiſcent omnibus, in ipſorum caput quidem benemeritum audent tumultuoſiùs inſoleſcere, ità ut de Salmoneo fabulam opere ipſo exhibeant completam: unde contingit, ut non modò de ſpe, quam ſibi per ſomnum confinxerant, & quâ evehuntur, excidunt; verùm etiam per inſipientiam ab iis ipſis ſe exterminant, quorum juſtâ poteſtate, dominio & conceſſione fruebantur. Illiuſmodi iſtud eſt quod (utinam non ità contigiſſet) per literas facti certiores intelleximus, in illo abjecto & humiliato homine perpetratum (neque enim quo alio eum nomine notem ſatis intelligo, qui memor ſim humanæ miſeriæ) ille tantùm non ad regni ſceptra per dexteram veſtram munificam & magnificam exaltatus, ità ut licèt nominis Imperatorii & tituli non eſſet particeps, poteſtatem tamen tecum dividebat, magnitudinem beneficii ferre nequivit; non erat contentus iis quibus fuit dignatus, nec gratias habebat pro fruitione habitis; ſed

extra

extra lineas pedem promovens, & manus in opprobrium benefactoris retendens, capitíque ejus inſidiatus, vitam ipſam tandem, inſolentiores ſpes ſuas, inanes ſpiritus, miſerum heu & miſerandum in modum, abiit hinc relinquens. Indolui quidem (ô miſericors & mitiſſima poteſtas) cùm reſcivi immaturæ neci hominem datum; magis, quòd affectatæ tyrannidis pœnam, oppetiit mortem. Certè, non patitur ſubire animum meum ſuſpicionem veſtræ poteſtatis virtus & clementia, commentitias veniſſe ad me literas, vel alio modo quàm quo in illis narratur, quæ illum concernebant contigiſſe, unde fiet, ut coronetur ille, ringantur alii. Atque hinc lethalem à dolore, accepi inflictam plagam, dum memoriâ inter alia recolo, quòd in ipſo improbitatis actu hinc abripiebatur, ità ut neque lacrymis abluerit ſordes vitæ & inquinamenta, quæ miſeræ naturæ noſtræ adſtricta ſolent inhærere; nec ob injurias, quibus fortaſſis alios affecerat, ullam declarârat pœnitentiam; nec ullo alio modo Judicem in altera vita futurum conciliatū dare ſtuduerat; itaq; delictis onuſtus ad ejuſdē tribunal tranſmiſſus eſt: ſed prout ſecreto Dei judicio decretum fuerat, ità ille finem vitę conſequebatur: multis quidem ſtupor, non paucis admonitio, quibuſdam commiſeratio, pluribus hæſitatio fiebat. Tu autem, rogamus (regum decus & ornamentum, patrię exaltatio, imperii ſtabilimentum, & Chriſtianorum omnium, qui vocantur, amor, delicię, & gloriatio) quantocius ad nos feſtinato; redde deſiderium deſiderantibus; libera nos primùm à captivitate, quâ, dum tuâ caremus præſentiâ, detinemur; refice nos & refrigera ab illa miſeria, quâ detinemur, dum veſtra non adeſt præſens refocillatio; gratiam hanc primam & præcipuam urbi tuæ & civibus impertito, ut poſſint manibus & linguis cum libertate ſumma debitas tibi acclamationes, &, ô Imperator, coram efferre; tangat te canities ſacri & venerandi Senatus; flectere ad preces cujuſcunque ætatis, virorum, fœminarum, puellorum:

τὸν πόδα κινῶν, καὶ χεῖρας ὕβρεως κατὰ τῆς εὐεργέτιδος ἀνατεινάμενος κεφαλῆς, αὐτό τε τὸ ζῆν, καὶ τὰς ὑπερηφάνους ἐλπίδας, καὶ τὰ μάταια φυσήματα, οἰκτρῶς οἴ μοι καὶ ἐλεεινῶς ᾤχετο λιπών. ἤλγησα μὲν (ὦ φιλάνθρωπον ἐμοὶ καὶ πανήμερον κράτος) ἀώρῳ θανάτῳ παραδοθέντα τὸν ἄνθρωπον μαθών· ἐφ᾽ ᾧ δὲ μάλιστα ὅτι καὶ τυραννίδος δίδωσι δίκην, ἐπεστενάχθη τὸν θάνατον. πλάττεσθαι γὰρ τὸ γράμμα, καὶ ἄλλως πως, ἢ ὡς ἐδήλου, τὰ περὶ αὐτὸν συνενεχθῆναι, δι᾽ ὧν ἐκεῖνος μὲν στέφεται, ἄλλοι δὲ κόπτονται, ἡ τοῦ σοῦ κράτους ἀρετὴ καὶ ἐπιείκεια ὑπονοεῖν οὐκ ἐνδίδωσι. διὰ τοῦτο μάλιστα καιρίαν ἤνεγκα τὴν ἀπὸ τῆς λύπης πληγήν· τά τε ἄλλα ἐπὶ νοῦν ἀναλαμβάνων, καὶ ὅτι ἄνθρωπος ἐν αὐτῷ τῷ κακουργεῖν ἀνάρπαστος γεγονὼς, καὶ μήτε τὰ ἀπὸ τοῦ βίου μολύσματά τε καὶ ῥυπάσματα, ἃ τῇ ἀθλίᾳ ταύτῃ φύσει φιλεῖ ἐπιτρίβεσθαι, τοῖς δάκρυσιν ἀπολουσάμενος· μήτε ὧν ἑτέρους ἀδίκως ἴσως ἐκάκωσεν, ὑπὲρ τούτων μετάνοιαν ἐνδειξάμενος· μήθ᾽ ἑτέρως πως τὸν ἐκεῖθεν κριτὴν φθάσας ἐξιλεώσασθαι· οὕτως, αὐτοῖς φορτίοις, πρὸς τὰ ἐκεῖθεν παρεπέμφθη δικαιωτήρια· ἀλλ᾽ ἐκεῖνος μὲν ὡς τῷ τοῦ Θεοῦ κρίματι ἐδίκασε τὸ ἀπόρρητον, οὕτω καὶ τὸν βίον κατεστρέψατο· πολλοῖς μὲν ἔκπληξις, πολλοῖς δὲ σωφρονισμὸς, πολλοῖς δ᾽ ἔλεος, πλείοσι δ᾽ ἀπορία γεγονώς. Αὐτὸς δὲ (ὦ βασιλέων καλλώπισμα, καὶ τῆς πατρίδος ἀνύψωμα, καὶ τῆς πολιτείας ὀχύρωμα, καὶ πάντων οἷς τὸ τοῦ Χριστοῦ ἐπικέκληται ὄνομα, πολυέραστον σεμνολόγημα) ἧκε πρὸς ἡμᾶς τὴν ταχίστην· ἀπόδος τοῖς ποθοῦσι τὸν ποθούμενον· ῥῦσαι πρῶτον τῆς αἰχμαλωσίας ἡμᾶς, ἣν ὑπέστημεν σοῦ στερηθέντες· ἀνάψυξον ἡμᾶς τῆς ταλαιπωρίας, ὑφ᾽ ἧς κατεχόμεθα, τῆς ὑμετέρας παρὰ ψυχῆς οὐ παρούσης· δὸς χάριν ταύτην, καὶ πρώτην καὶ μεγίστην, τῇ σῇ πόλει, καὶ τοῖς σοῖς πολίταις, τὸ πεπαρρησιασμέναις καὶ χερσὶ καὶ γλώσσαις, τὴν κεχρεωστημένην εὐφημίαν, καὶ τὸ, αὐτοκράτορ, σοὶ προσφθέγξασθαι. δυσωπήθητι τὴν πολιὰν τῆς αἰδεσίμου καὶ ἱερᾶς συγκλήτου· δυσωπήθητι πάσης ἡλικίας τὴν ἐξαίτησιν, ἀνδρῶν, γυναικῶν, παίδων·

πάντες

πάντες γὰρ μιᾷ γνώμῃ, καὶ μιᾷ φωνῇ, τὴν τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐξαιτοῦνται παρουσίαν. Εἰ δὲ σοί πως καὶ ὁ Ἀρχιερεὺς ἐν λόγῳ καὶ φροντίδι νενόμισται (οἶδα δὲ ὅτι νενόμισται) αὐτὸν σοὶ παρεῖναι νόμιζε, καὶ τῇ χειρὶ τὴν χεῖρα λαβόμενον ἕλκειν πρὸς τὴν σὴν πόλιν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ναὸν, ἐφ' ᾧ τὰς ἐλπίδας ἀνέχεις, καὶ πρὸς τὰ τῆς βασιλείας ἀνάκτορα. Ναὶ πάντες σου δεόμεθα, μὴ καταισχύνῃς ἡμῶν τὰς ἐλπίδας καὶ τὴν αἴτησιν. πιστεύομεν γὰρ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν, ὡς πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν, τοῦ ὑμετέρου κράτους ἐπανατέλλοντος, καὶ τοῦ ζόφου τῆς ἀθυμίας τὴν πολιτείαν λύσεις, καὶ τῶν ἐχθρῶν ἔτι μᾶλλον καὶ πολεμίων τὸ φρόνημα ταπεινώσεις, βουλῇ καὶ συνέσει καὶ ταῖς στρατηγικαῖς μελέταις, τὸ κατ' αὐτῶν κράτος ἀναδεχόμενος· πρεσβείαις τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

certè enim omnes uno animo, voce unâ, dominationis veſtræ præſentiam efflagitant. Quòd ſi apud te locum habeat cura & reſpectus (quod ſcio ſic habere) Archipræſulis tui, ipſum tibi finge coram adeſſe, & manu manum apprehenſam ad propriam pertrahere civitatem, ad Dei templum, apud quem ſpes repoſitas habes, ad ipſius imperii ſacraria. Certe, tibi ſupplicamus omnes; ſpes noſtras noli quæſo pudefacere, aut preces rejicere. Speramus enim in Deo vero noſtro JESU CHRISTO futurum eſſe, ut cùm ad regiam hanc urbem veſtra potentia revertetur, mœroris tenebras à republica depelles, hoſtium & inimicorum inſolentias magis adhuc magiſq; contundes, conſilio, prudentiâ, militari diſciplinâ, ſuperior deviceris; idque per interceſſionem ſanctiſſimæ DEI genetricis, & omnium Sanctorum. Amen.

NOTÆ.

Michaelem intelligit, ejus nominis tertium, Balbum vel Teaulum nominatum, Conſtantinopolitanum Imperatorem, hominem nullius rei, quem miris immerentem laudibus evehit Photius, planè Æthiopem dealbans. Is de quo narrantur illæ calamitates Bardas erat Cæſar, juſſu hujus Michaelis interemtus, ſub prætextu affectati imperii, & ſtructarum in vitam Imperatoris inſidiarum; falsò opinor & immeritò. Quo patrato homicidio viam ſibi ad eunam munivit Baldus ille & Bardus Imperator, ſtatim enim à Baſilio interimitur, quem humili & ſordido loco natum ad ampliſſimos honores evexerat, qui Bardam curabat è medio tollendum. Modum verò ſumpti ſupplicii, è literis imperatoriis ad ſe miſſis, recenſet Photius; miſerum certè, crudelem, barbarum, ſubitò, ſine mora, confeſſione, pœnitentia illatum: quo non tantùm corpus fruſtulatim concidit, ſed quantum in ipſo fuit animam æternis gehennæ flammis cruciandam tranſmiſit. Ἦν πρὸς ἡμᾶς] Aberat enim Imperator in Creta, ubi Bardas occidebatur: quod ſequenti epiſtola, quæ huic σύμψηφος, declaratur αὐταρκῶς, in qua illud, quod ait, καὶ τέκνων ἐγκαλλώπισμα, Imperatorem deſignat, quòd Patriarchæ, imò Epiſcopus quilibet Reges & Imperatores, *Filios ſuos*, nempe ſpirituales, in Chriſto, in Eccleſia nominare ſolebant.

Ἐπισ. ιθʹ.

Τῷ αὐτῷ.

Ἀπήλθες ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ἀφ' ἑαυτῶν· καὶ ζῶμεν οὐ ζῶντες, καὶ κινούμεθα μὴ κινούμενοι. Εἰ δὲ τὸ κυριακὸν ἐπάγγελμα προσεῖναι ἠξίου τῇ ἡμετέρᾳ τεταπεινωμένῃ εὐχῇ, ἢ τὴν Κρήτην τῷ Βυζαντίῳ μετεστήσαμεν, ἢ τὸ Βυζάντιον, μεθ' ἡμῶν, τῇ Κρήτῃ συνήψαμεν. Ἀλλὰ πῶς γράφω θανὼν, καὶ σιγῶν λάλος γίνομαι; ἓν εἰπὼν σιωπήσομαι· τάχυνον (ὦ βασιλέων ἐμοὶ καὶ *τέχνων ἐγκαλλώπισμα) ἢ τὴν Κρήτην αἰχμαλώτους ἄγων, ἢ τοὺς Βυζαντίους (τῆς σῆς γὰρ δυστυχοῦσιν ὄψεως τὴν αἰχμαλωσίαν) τῆς αἰχμαλωσίας ἐλευθερῶσ.

* ἴσ. τέκνων.

Epiſt. 19.

Eidem.

Receſſiſti à nobis, & nos à nobiſmetipſis; viventes non vivimus, nec movemur moti. Quòd ſi Domini promiſſum dignaretur noſtræ humilitatis precibus annuere, vel Cretam Byzantium transferremus, vel Byzantium cum nobiſipſis Cretæ copularemus: ſed moriens unde fit ut ſcribam, aut ut mutus loquar? unicum ſi dixero, ſilentium teneo. Feſtina, ô regum & filiorum decus! & vel nos captivos Cretam ducito, vel Byzantinos de captivitate libera, qui captivos à conſpectu tuo detineri tam malè ferunt

Epiſt.

NOTÆ.

Κτεισὸν ἐπάγγελμα.] Chriſti Domini promiſſionem intelligit illam hypotheticam, de movendis montibus. Καὶ πίχυον ἐγχειλλώπισμα] Reſcriptum fuit πίκνον, ſed quo ſenſu? Quinam ſunt πίκνα? legerem libenter, πῆχυον τῷ βασιλεῖ ἐμοὶ, καὶ πῆχυον, ἐγκαλλώπισμα.

Epiſt. 20.

Athanaſio Monacho Anachoretæ.

ERiſtæ Epiſcopus, veſtris precibus erectus, à morbo convaluit; & de putredine liberatus ſchiſmatica, partis jam & membri munus obiens, cum eccleſiaſtico toto cœtu compaginatus eſt, priorem mentis ſuæ ſanæ amorionem multis condemnans, lacrymis pavimentum rigavit multis, & præſentem Synodum, quam in ſe videbat inexorabilem, lamentis, flebilibus ſermonibus, tandem ad compaſſionem convertit. Nec veniam quaſi inſons canitiei deprecabatur, ſed odio ſe habere oſtendit, inſolentiorem juventæ improbitatem. Certè non per ſimplicitatem ſenex, ſed dolo captus peccaverat; horum duorum alteri opus eſt nudo auxilio, alteri autem purgatione. Cùm verò per veſtrum exhibitum ei ſtudium optimè reformetur ille ſenex, ſeminibus conſilii priùs ſparſis, nos fructum illius ſalutis ſine ullo noſtro labore retulimus. Omnes porrò ſpecies medicinæ nobis ad manus non erant præſtò; quæ erant in procinctu, miſſæ ſunt. Cura de reſiduis, donec ipſæ ſuppeditentur, me non deficiet. Donis nobis à tua ſanctitate profectis maximopere exſultabamus: ſunt autem imprimis illa à veraci profecta dilectione, quę in eximiam magnitudinem & pulchritudinem ſuccrevit, quæ amorem, unde oriebantur, faciunt vitæ excelſitatem, & ſublimitatem repræſentare.

Ἐπισ. κ΄.

Ἀθανασίῳ Μοναχῷ ἡσυχάζοντι.

Ὁ Μὲν τῆς * Ἐεισῆς ἐπίσκοπος, ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς ὀρθωθεὶς, ἀνέῤῥωσε τοῦ πάθους· καὶ τῆς σχισματικῆς σηπεδόνος ἀπαλλαγεὶς, τῇ ὁλότητι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ σώματος, μέλους τε καὶ μέρους τάξιν ἀντιλαβὼν, συνηρμόσθη, πολλὰ μὲν τῆς προτέρας καταγνοὺς φρενοβλαβείας, πολλοῖς δὲ δάκρυσι τὸ ἔδαφος ῥαίνων, οἰμωγαῖς δὲ πολλαῖς, τε ἐλεεινολογίαις τὴν παροῦσαν σύνοδον, ἀπαραίτητον ἐπ᾽ αὐτὸν ὁρῶσαν, εἰς οἰκτιρμοὺς διαλύσας· καὶ ὅ γε ἀνὴρ * οὐχὶ πολιᾶς συγγνώμην ᾔτησεν ἀκακίας· ἀλλὰ νεανιευμένην ἔδειξε μισήσας πονηρίαν. Οὐ γὰρ ἁπλότητος ἦν ὁ γέρων, ἀλλ᾽ ἀπάτης θρέμμα· ὧν, τὸ μὲν, βοηθείας μόνης· τὸ δὲ δεῖται καὶ προκαθάρσεως· ἀλλὰ γὰρ τοῖς ὑμετέροις πόνοις καλῶς τοῦ γέροντος ἐξεργασθέντος, καὶ τῶν τῆς νουθεσίας σπερμάτων προκαταβληθέντων, ἡμεῖς ἀπόνως αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἐκαρπωσάμεθα. τῶν δὲ ἰατρικῶν εἰδῶν, πάντα μὲν οὐκ ἦν εὑρεῖν κατὰ χεῖρας· ὅσα δὲ παρῆν, ἀπεστάλη· τῶν ὑπολειπόντων ἡ φροντὶς, ἕως ἂν πορισθῶσιν, οὐκ ἐπιλείψει. τοῖς δώροις δὲ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, ἐπὶ μέγα ἠγαλλιασάμεθα· μάλιστά γε τῆς ἀληθινῆς ἀγάπης ταῦτα * πληθυούσης, καὶ εἰς μέγεθος καὶ κάλλος ἐξαπλούσης, καὶ δι᾽ αὐτῶν διδούσης εἰκονίζειν τὸ τοῦ βίου ὑψηλόν τι καὶ μετάρσιον. Ἔῤῥωσο.

* ἴσ. Ἐεισῆς.
* ἴσ. διά.
* κ. πληθυνούσης.

NOTÆ.

Ἡσυχάζοντι.] Non ſimpliciter monachus, ſed ἡσυχάζων erat: Hoc eſt, quem nos dicimus *Anachoretam*, qui cellam incolens ſolitariam ſe ſeparabat à κοινοβιωτῶν ἀναστροφῆς. Ἐι μὴ ἴσως αὐτῶν τις ἐν κοινοβίῳ καὶ ἀναστροφῇ διαζῶντες βίον, ἐθέλοι ἔχειν ἀκοινώνητον, ὅτε καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασι. Ἐεισῆς. in margine notatur ἴσως, ἀκατανόητον· quæ annotatio nihili eſt. Non erat Eriſte, vel Eriſſe nomen urbis, quam intelligis eſt Ἀείση, cujus Epiſcopus erat Nicomedienſi Metropolitæ ſuffraganeus, per Leonis διατυπώσ. Hujus Epiſcopus, quiſquis erat, videtur à partibus Ignatii ſtetiſſe in ſchiſmate, & tandem ad partes Photianas tranſiiſſe.

Ἐπις. κα΄.

Θεοφυλάκτῳ Πατρικίῳ, καὶ Στρατηγῷ Ἀρμενιακῶν.

Τρία μισεῖν οἶδα, καὶ τοὺς ἄλλους μισεῖν παραινῶ, ψεῦδος, καὶ δόλους, καὶ ἀγάπης διαφθοράν· Ἁλοίην ἂν τοῖς τρισὶν, εἴ τι μοι, παρ' ἃ διεπράχθη, καὶ κατὰ νοῦν ἔχω, ἄλλως ἐρεῖν μελετήσω. Ἐγώ σε φίλον ἐποιησάμην, φίλον μὲν ὄντα Θεοῦ, ὅσα γε εἰς εὐσεβεῖς ἧκε λογισμοὺς, φίλον δὲ πιστὸν τοῖς φιλοχρίστοις βασιλεῦσιν ἡμῶν· οὐδὲ τὰ πρὸς ἡμᾶς δὲ παρὰ ταῦτα (ὥς γε αὐτοὺς ἤγομεν εἰς πεῖθω) ἀλλὰ τὸν ὅμοιον τρόπον διακείμενον· ἀλλὰ τότε μὲν οὕτως εἴχομέν τε, καὶ πεπείσμεθα, ἔχομεν δὲ ὡσαύτως καὶ νῦν· πῶς οὖν ἡδὺς εἰμὶ τοῖς σοῖς συκοφάνταις; αἰσχύνομαι γὰρ εἰπεῖν, πῶς ἦλθον ἐπὶ σὰς διαβολὰς, οὐδὲ γὰρ τὸ ἀπολύειν ἐμαυτὸν ὑπολήψεως τοιαύτης, ἀνεκτὸν ἐμοί· ἀλλ' ἐκεῖνος ἐχθρὸς, ἐκεῖνος συκοφάντης, ἐκεῖνος πάντα κακὸς, ὁ τηλικαύτην πλάσας συσκευὴν, καί σε φίλων καὶ τῶν ὅτι μάλιστα σπουδάσας ἔρημον ποιεῖν, καὶ ἡμᾶς εἰς τὴν ἐσχάτην τῶν κακούργων χώραν τάττειν οἰηθεὶς, ἄρχειν ἀδίκων, οὐ χειρῶν, ἀλλὰ γνώμης (ὃ πλειόνων αἰτία κακῶν, ἢ χερσὶν ὑβρίζειν) μῖσος δὲ παρὰ τῆς ἀγάπης τιμᾶν, καὶ τὸν δόλον ἔχειν εἰς ἀποφυγὴν ἅμα πάντα φέρων καθ' ἡμῶν, (συντρέχει γὰρ ταῦτα εἰς αὐτὸ τῷ κακόν τι τοῖς φίλοις ἐθέλειν ποιεῖν, ἃ λέγει ἐκεῖνος,) καί τοι γέλωτα ὀφλισκάνων, τοῖς ἡμᾶς εἰδόσι, καὶ τὸν ἡμέτερον τρόπον, ὅμως οὐκ ἐνάρκησε τολμᾶν· δήλου τοῦτον ὅστις ἂν * ᾖ· ἀπαλλαγείης γὰρ ἂν οὕτω θηρίου κακοῦ, καί σε καὶ τοὺς φίλους λάθρα λυμαινομένου καὶ δάκνοντος, καὶ ἐν προσποιήσει εὐνοίας πολλὴν * ἐκκαιοῦντος τὴν δυσμένειαν. Εἰ δὲ κρύψεις τοῦτον· ἡμεῖς μὲν, ὡς ἐπὶ κυρίου, ἀπολελογήμεθα, καὶ φίλον σε καὶ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων πάλαι τε, καὶ νῦν, καὶ πιστεύομεν, καὶ κηρύσσο-

* ἴσ. οὖν.

* γρ. ἐκκεντοῦντος.

Epiſt. 21.

Theophylacto Patricio, & Duci Armeniacorum.

TRia odio proſequi certum eſt, & alios hortor ut ſimiliter exoſa habeant, mendacium, dolos, interitum amoris. Si quid aliter efferre propoſuerim quàm quomodo geſtum eſt, & apud animum meum cognitum, tribus iſtis ego culpabilis fiam. Ego te mihi amicum conciliavi, Dei amicum exſiſtentem, (in quantum piâ cogitatione aſſequi potuerim) amicum autem fidelem, Regibus noſtris à Chriſto dilectis: nec te reputabam, quòd perſuaſum habebam, aliter in nos etiam animatum; bene verùm tunc quidem ità fortè perſuaſum habebam, imò & etiamnum eodem modo affecti ſumus. Quare igitur gratus ſum & acceptus tuis ſycophantis? pudet enim dicere, me ad te accuſandum deſcendiſſe, nec mihi certè tolerandum videtur ab hujuſmodi ſuſpicione me expedire: verùm ille hoſtis, ille ſycophanta omnigenâ malitiâ repletus eſt, qui talem, tantam machinationem inſtruxit, ut te penitus ſpoliatum amicis redderet, & nos tum etiam in maleficorum extremâ regione locare deſtinârat, nimirum ut principium non violenter manuum illatarum, ſed improbi animi, à nobis procederet (unde multò majorum malorum origo quàm à manibus procedunt violentis) ut pro dilectione odium potiùs exſpectaremus, & dolos refugium nobis in omnibus ſtatueremus. Omnia in nos per hoc ipſum ingerit; coincidunt etenim in ſe iſta, cùm malum nos amicis machinari ſtatuit, & tamen hæc ipſa effutire non horruit apud eos quibus optimè noſtri mores noti erant, utcunque de ridiculo habebatur. Quis demum cunque fuerit, manifeſtum illum facito: ſic certè te à mala beſtia expediveris quæ clanculùm cùm teipſum tum etiam amicos deprędatur & admordet, & ſub prætextu benevolentiæ multiplices inſtimulat inimicitias. Sin abſcondes illum, ego tanquam in conſpectu Dei, apologiam dedi, me credere quidem & profiteri amicum te noſtrum Deo, & piiſſimis Imperatoribus devotum, non minùs in præſenti quàm ab olim.

Improbus

Improbus autem ille homo haud quâdam, mihi crede, malitiâ deſtituetur, quâ res tuas peſſimo loco ſtatuat. Conſulerem ego tibi certè, ne velis communem illum hoſtem occultare. Certè autem ſi diffidas iis quæ dicta ſunt per me, ſcio te illum occultaturum, & in amici cenſu habiturum; paſſus interim me longas ineptias agere & deſipere fruſtrà: ſin propalam feceris, credidiſti mihi, quod in vobis eſt, utrique certè noſtrûm conducturum.

μεν. Ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος ἀνήρ, εὖ ἴσθι, ὡς οὐκ ἀπορήσει κακίας, δι' ὧν τὰ σὰ χείρω διαθήσει. Ἐγὼ δέ σοι ἔτι συμβουλεύσαιμι ἂν μὴ κρύπτειν τὸν κοινὸν ἐχθρόν· καὶ εἰ μὲν ἀπιστεῖς, ὧν ἔγραψα, εὖ οἶδ' ὅτι κρύψεις· φίλον γὰρ νομιεῖς· ἐμὲ δὲ μακρὰ ληρεῖν καὶ φλυαρεῖν μάτην. Εἰ δὲ θριαμβεύσεις, ἐπίστευσας ὅπερ εὔχομαί τι, καὶ ἀμφοῖν λυσιτελήσει.

Epiſt. 22.

Pantoleonti Protoſpathario.

QUi vergis ad occaſum vitæ tuæ, propellis te in illorum inſolentes audacias quibus ſanguis bullit. Quin quod verius eſt ut proferam, latronum facinora ut leviora habeantur præſtas. Totos enim dies, noctes integras, in cædendis hominibus tranſmittis; nec vel tantillum temporis omittis improbè gloriari de illorum pœnis quos puniendos tenes. Phalaris fortè aliquis, aut Dionyſius, aut ſi qui ob crudelitatem barbaram celebrius nomen habent, in certamen prodire ambitioſiùs tentas. Nec tibi vita vitalis habetur, ſi te æqualem illis præſtes, niſi multis excedas paraſangis. Aſt certè cum viris in certamen deſcendit puer. Nam ſine illis quæ magnificè alioquin gerebantur ab illis, tyrannis tibi tyrannis haud videtur, licèt omni opere in id innixus fueris, & tempus ſimilia perpetrandi non longè abſit. Leges profectò, quarum beneficio vivunt reſpublicæ, haud adhuc emortuæ ſunt, nec diutius tolerabit hæc juſtitiæ oculus. Cùm enim qui per montes latrocinantur fures, pro meritis dignum ſupplicium ſufferant, haud æquum eſt, ut qui per civitates multò impudentiùs homicidiis dant operam, cùm improbiùs deliquerint, tranquilliùs agant.

Ἐπιστ. κβ'.

Παντολέοντι πρωτοσπαθαρίῳ.

Ἐπὶ βίου δυσμὰς ἥκων, εἰς τὰ τῶν σφριγώντων ἐλαύνεις νεανιεύματα· μᾶλλον δὲ ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἧττον φοβερὰ τὰ τῶν λῃστῶν δεικνύεις τολμήματα· ὅλας νύκτας καὶ ὅλας ἡμέρας δαπανῶν εἰς τὰς τῶν ἀνθρώπων μάστιγας· τὸ μακρὸν μηδὲ λιπὼν, οὓς ἔτι κολάζειν ἔχεις, κακὸς εἶναι σεμνύνεσθαι. Φάλαρις ἴσως σοι, καὶ Διονύσιος, καὶ οἷς ἐπὶ ὠμότητι μεῖζον ὄνομα, εἰς ἀγῶνα προκεῖσθαι πεφιλοτίμησαι· καὶ οὐχ ὅτι τούτοις σεαυτὸν ἐνάμιλλον, ἀλλ' εἰ μὴ μακρῷ παραδράμοις τούτους, τὸν βίον σοι ἀβίωτον νομίζεις. Ἀλλὰ παῖς πρὸς * ἄνδρα ἀγωνίζεται· χωρὶς γὰρ τῶν, ἅπερ ἐκείνοις ἄλλως τε καὶ μεγαλείως διαπέπρακται, οὐδ' ἡ τυραννίς σοι τυραννίς, κἂν λίαν ἐκβιάζῃ, καὶ τοῦ παθεῖν ὁ χρόνος, ὧν πράττεις, τὰ ὅμοια οὐ μακράν· οὔτε γὰρ οἱ νόμοι, καθ' οὓς αἱ πολιτεῖαι ζῶσι, τεθνήκασι, καὶ ὁ τῆς δίκης οὐκ ἀνέξοιτ' ἂν ἔτι ὀφθαλμὸς, ὥστε τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι λῃστῶν, τὴν ἀξίαν διδόντων τιμωρίαν, τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀναιδέστερον μιαιφονοῦντας, ὧν χεῖρον τετολμήκασιν, ἀδεέστερον βιώσεσθαι.

* ἢ ἄνδρας.

NOTÆ.

Epiſtola 168. ἁπλῶς appellat ſpatharium: hîc, tanquam auctâ dignitate, *Protoſpatharium*, ut videatur illa prius ſcripta: illic μαχλοσύνην, & avaritiam hominis taxat; hîc barbaram in pœnis infligendis ὠμότητα. Erant autem etiam tum Spatharii quaſi δήμιοι quidam, qui tormentis præerant & carnificinæ, ut prius ſpeculatores; utrobique ætate provectiorem ait, ut majus ei dedecus aſpergeret ab ætate.

Ἐπισ. κγ'.

Ἰγνατίῳ Ἐπισκόπῳ Λόφων.

ΑΛγεῖς, ὅτι σε νῦν ἀδικοῦντα διακωλύω· ἐγὼ δὲ μᾶλλον καὶ δικαιότερον, ὅτι μὴ πάλαι μηδ' * ἄρχειν τοιαύτης πράξεως· εἰ δὲ καὶ τὸ ἐμὸν κρύφιον ἄλγος δέον ἐξειπεῖν ὅτι σοι παρέχον ἀφορμὴν, δι' ἧς * κακῶς βουληθεὶς, ἐδυνήθης γενέσθαι, ὁρᾷς, ὡς τῶν σῶν ἀδικημάτων, αὐτὸς ἐμαυτὸν αἴτιον ἐγὼ γράφω· τί ἂν οὖν οἴει τοὺς ἄλλους λέγειν περὶ ἐμοῦ, ὅταν τοῖς σοῖς ἀνιῶνται, καὶ φυγεῖν οὐκ ἔχουσι, τὸ μὴ * δυαφορεῖν; πῶς δὲ τοῖς ἐκείνων, ἅπερ αὐτὸς διέθου, παθήμασιν, οὐ τὸν κοινὸν δεσπότην εὑρήσειν δυσμενῆ, ἀρχὴν ἐγχειρήσαντα ἀνδρὶ, ᾧ κρεῖσσον ἦν τοῖς τῶν ἀρχομένων ἐσχάτοις ἀντεξετάζεσθαι; οὕτω με λογίζεσθαι νόμιζε περὶ σοῦ· καὶ εἰ μὴ θᾶττον καὶ ἡδέως σαυτοῦ τὰ ἀδικήματα περικόψῃς, ἀνάγκην εἶναί μοι, ἐμοῦ τε, καὶ τῆς ὅλης ἐκκλησίας, πλέον σε διακόψαι.

* ἴσ. ἄρχοντα.
* ἴσ. κακῶς.
* ἴσ. δυσφορεῖν.

Epiſt. 23.

Ignatio Lophorum Epiſcopo.

DOlet tibi quòd inhibeam tibi injuſtè agere; at mihi magìs juſtè dolere debet, quòd non impediverim hęc ipſa exordiri. Sin dolorem meum occultum neceſſe eſt effari, quòd ipſe tibi cauſam exhibuerim, unde cùm fieri volebas improbus, improbus revera eſſe poſſis, vides ut memetipſum autorem tuis improbitatibus aſcribam. Quid reris de me dicturi ſunt alii, cùm de tuis factis ringantur, neque habent elabendi facultatem? quomodo laturum illorum afflictiones, quarum tu es architectus, communem Dominum reris? Annon infeſtum experiere, qui hominem evexerit dignitate eum, quem par erat cum infimis ſubditorum acceſeri? hoc modo me in te animatum puta: Quòd ſi nôn libenter & quantociùs improbè agere deſiveris, ſcito mihi incumbere neceſſitatem, ut te penitus à meiipſius & Eccleſiæ communione abſcindam.

NOTÆ.

Λόφων ἐπισκόπῳ] In Leonis Imperatoris διατάξει ſub Metropolitana ſede Nicomediæ cenſebantur Lophi. De hoc, opinor, ſunt illa Nicetæ apud Baronium, anno 862. μηδ' ἄρχειν.] malim ἄρχοντα, ut reſpondeat τῷ, ἀδικοῦντα. ſequentia lego, ὅτι σοι παρέχων ἀφορμὴν, δι' ἧς, κακῶς βουληθεὶς, ἐδυνήθης γενέσθαι. Δυαφορεῖν.] Vox nihili, repone δυσφορεῖν.

Ἐπισ. κδ'.

Γεωργίῳ Μητροπολίτῃ Νικομηδείας.

ΚΑλόν σε καὶ ἀγαθὸν οἱ αὐτόθεν φημίζουσιν ἥκοντες· καὶ οἱ μὲν ἄλλοι θαυμάζουσι χαίροντες. ἔσθ' ὅτε γὰρ, ὑπιόντος τοῦ φθόνου, οὐδὲν ἧττον ἄνθρωποι τοῖς ἀλλήλων, ἢ τοῖς αὐτῶν, ἥδονται κατορθώμασιν· ἐγὼ δὲ χαίρω μόνον, τὸ θαυμάζειν ἀφέμενος· οὐ γὰρ ἠγνόουν σε τοιοῦτον ὄντα, οὐδ' ἀνομοίους πάλαι τὰς ἐλπίδας εἶχον ὅσγε καὶ θείαις τελεταῖς μυσταγωγήσας ἱέρωσα· θαυμάζειν δ' ἂν ὅμως παραχθείην, εἴ τι σου τῶν τρόπων, καὶ τοῦ ἐγνωσμένου ἤθους, ἀλλοτριώτερον διακούσαιμι. Εἰ δὲ, μὴ φεύγει τὴν ἐφορείαν, ἐφ' ἧ νῦν ἐτάχθης,

Epiſt. 24.

Georgio Nicomediæ Metropolitæ.

VIrum probum & honeſtum te prædicant, qui ad nos à vobis accedunt. Alii quidem cum admiratione gaudent; ità enim interdum fit, ut ſopito livore, non minùs aliorum rectè factis quàm ſuiſmet ipſorum oblectantur homines: Ego mirari quidem mitto, tantùm gaudeo. Neque enim te, qualis eras, ignorabam, nec diſſimiles jam olim ſpes fovebam; quippe qui ſacris Chriſtianorum inſtitutis Epiſcopū ordinavi. Ad mirandum verò, arbitror, procederem, ſi quid accepiſſem fando immutatum de moribus, & mihi nota ſatis conditione, tuis. Quòd ſi non ſubterfugere provinciam, in qua conſtitu-

tus es, rectè tecum ſtatuas, deſertionem ordinis exiſtimans laudatam tibi olim tranquillitatem, notum tibi ſit quòd affectum iſtum cum gaudio, & magna etiam cum laude admirarer.

καλῶς κατορθώσῃς, λειποταξίαν κρίνων τὴν ἐπαινουμένην πάλαι ἡσυχίαν· εὖ ἴσθι, ὡς τοῦτο ἂν ἅμα χαίρων, καὶ σὺν ὅτι μάλιστα ἐπαίνῳ θαυμάσαιμι.

Epiſt. 25.

Zoſimæ Monacho, & Anachoretæ.

MOntana tua munera ſunt, caſtaneæ nempe & amanitæ; ſed regiam adimplet munificentiam copia: montaniſmo delectâſti, non perinde abundantia: montes lædis, & regnum tibi in montibus ſuffuraris: hæc ideo ſcripſi, ut de copia demas, & in muneribus congruam retineas ſpeciem. Vellem tibi præſens adeſſe, ſed retardatur ille impetus; veruntamen non diu erit cùm noſtra vice ablegabitur qui non dicam adimplebit, (neque enim hoc aliquando vel ipſi præſtare poterimus) ſed admenſurabit defectum noſtrum. Cætera quod attinet, Deum veneror, paterna tua ſanctitas valeat, nolito noſtræ obliviſci mediocritatis.

Ἐπισ. κέ.

Ζωσιμᾷ μονάζοντι καὶ ἡσυχαστῇ.

ΟΡειά σοι τὰ δῶρα, κάστανα καὶ ἀμανῖται· ἀλλὰ βασιλικῆς πολυτελείας τὸ πλῆθος· καὶ τῷ μὲν ὀρείῳ ἥδυνας, οὐχ ὁμοίως δὲ τῷ πολυτελεῖ διέθηκας· ὄρη τε ἀδικῶν, καὶ βασιλείαν κλέπτων ἐν ὄρεσιν. Ἔγραψα ταῦτα, ἵνα καὶ συστείλῃς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἰδέαν φυλάττῃς τῶν δώρων· ἐβουλόμην σοι παραγενέσθαι, ἀλλὰ τῆς ὁρμῆς ἐσχέθην· ὅμως οὐκ εἰς μακρὰν, ἀνθ' ἡμῶν, σταλήσεται, ὃς, οὐ λέγω ἀναπληρώσει (οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ, οὐδ' ἄλλοτε ἡμεῖς) ἀλλὰ μετρήσει τὸ ὑστέρημα ἡμῶν. τὰ δ' ἄλλα, ἐρρῶσθαί σου τὴν πατρικὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

N O T Æ.

ZΩσιμᾷ] Inter eos numerabatur qui contra Nicolaum Papam querimonias ex Italia detulere, quarum memorat Baronius. Ἀμανῖται.] Sunt μύκητες fungorum ſpecies, qui non valdè grati videntur adveniſſe: nec mirum. Nam vel optimè conditi & præparati, maleficio non carent, ſive boleti, ſive amanitæ. Nicander in Alexipharmacis vocat ζυμώματα γαίης. Μὴ μὲν δὴ ζύμωμα κακὸν χθονὸς ἄχθεα κῦδι. Malè legitur ζυμωτᾷ apud Nicandrum.

Epiſt. 26.

Athanaſio monacho & Anachoretæ.

AD principatum & magiſtratum promotus is eſt, quem tua ſanctitas, experientiâ captâ, præeſſe gregi fecit ſpirituali; Precare ergo pater, ut nec tuo judicio decipiaris (eſt enim hoc vel imprimis, ſi quid aliud, congruum cùm tuæ ſanctitati, tum etiam illi) nec manuum noſtrarum impoſitio ad reddendam vocetur rationem; ſed ut planè dignus ille demonſtretur & veſtro ſuffragio, & ſpe nobis conceptâ. Cætera quod ſpectat, valere exopto tuam ſanctitatem, & noſtræ mediocritatis jugiter meminiſſe.

Ἐπις. κϛ́.

Ἀθανασίῳ μοναχῷ καὶ ἡσυχάζοντι.

ΕΙς τὴν τῆς ἡγεμονίας ἐπέστη ἀρχὴν, ὃν ἄρχειν τῆς πνευματικῆς ἀγέλης ἡ σὴ ὁσιότης διὰ δοκιμῆς ἐποιήσατο. Εὔχου οὖν πάτερ, μήτε τὴν σὴν σφαλῆναι κρίσιν (τοῦτο γὰρ τῇ τε σῇ ὁσιότητι, κἀκείνῳ, εἴπερ τι ἄλλο λυσιτελέστατον) μήτε τὴν ἡμῶν χειροθεσίαν εὐθύνας ἐνορᾶσθαι· ἀλλ' ἄξιον τὸν ἄνδρα, τοῦ τε ὑμετέρου ψηφίσματος, καὶ τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων ἀναδειχθῆναι· τὰ δ' ἄλλα ἐρρῶσθαί σου τὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

Ἐπισ. κζ.

Τῷ αὐτῷ.

ὯΝ ἔδει κατήκοον γενέσθαι τὸν γραμματοφόρον τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος, ὡς ἐν βραχυτάτῳ καιρῷ, πάντα παρῃνέθη, καὶ αὐθὶς αὐτὸν εὐπειθῆ, καὶ καρπὸν οἴσειν τῆς παραινέσεως ἄξιον, ταῖς ὑποσχέσεσιν ἔδειξε, τά τε ἄλλα Θεῷ εὐαρέστως βιοῦν, καὶ μηδὲ τὸν δάκτυλον (ὅ δή φασι) κινεῖν τῆς ὑμετέρας χωρὶς ἐπικρίσεως· εὐχόμεθα δὴ τοῖς ἔργοις συμβαίνοντας ἰδεῖν τοὺς λόγους, ἵνα μὴ σπείραντας εἰς πέτρας, ὁ τοῦ γεωργίου καιρὸς ἡμᾶς ἐξελέγξειεν.

Οἱ δὲ τῶν συμβόλων μοναχοὶ ἀτάκτως ἐχώρησαν ἑαυτοῖς τὴν περὶ τοῦ σφῶν ἡγουμένου ἐξουσίαν καὶ κρίσιν ἐπιτρέψαντες· ἴσον γάρ ἐστιν ἵππους ἡνιόχου κατεξανίστασθαι, καὶ πρόβατα τοῦ ποιμένος, καὶ ναύτας τοῦ κυβερνήτου· μᾶλλον δὲ πολλῷ ἀτοπώτερον, μοναχοὺς τῶν καθηγουμένων καταφρυάττεσθαι, οἳ λόγον ὑπέχειν αὐτῶν ἑτέροις, ἀλλ' οὐκ ἐκείνοις, ἐπιστεύθησαν· εἰ δέ τι πλημμελεῖ, μείζονα κριτὴν ἐπιζητεῖν ἔδει, ἀλλὰ μὴ ἁρπάζειν τὴν κρίσιν τῶν Ἀρχιερέων, τοὺς ἐν τῇ τῶν κρινομένων χώρᾳ μόλις ἐξεταζομένους· ὅμως ἐπεὶ τῇ ὑμετέρᾳ προσερρύησαν ἁγιωσύνῃ, ἀφίεται αὐτοῖς τῆς ἀναρχίας τὸ τόλμημα, καὶ τῆς στάσεως, εἰ καὶ αὐτοὶ εὐπειθεῖς τοῦ λοιποῦ πολιτεύεσθαι διαβεβαιώσαιντο· δείξουσι δέ, ἐὰν ἕνα τινά, ὃν ἂν βουληθῇ σου ἡ ὁσιότης, εἰς ἡγούμενον δέξονται· μὴ γὰρ αὐτοῖς ἐπὶ νοῦν ἥκοι, ὡς οἱ καταστασιάζειν ἐπαρθέντες, ἄνδρα, ὑπὲρ οὗ τὰς ψήφους ἐγγράφους ἔθεντο, τοῦτον πάλιν ψηφίζεσθαι καὶ μαρτυρεῖν ἀξιωθήσονται. Ἀρκεῖ γὰρ τοῖς πλημμελοῦσιν ἡ τῶν ἁμαρτηθέντων συγγνώμη· τὸ δὲ προνόμιον τῶν ἀνεξαμαρτήτων οὐχ ἕξουσιν, ἵνα μὴ ἀδιάφορον τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν, καὶ τῷ κατορθοῦν τὸ ἁμαρτάνειν, ἐν ἀδιαφόρῳ τῇ ἐφ' ἑκατέρου κρίσει λογίζοιντο. τὰ δ' ἄλλα ἐρρῶσθαι σου τὴν ὁσιότητα ἐπευχόμεθα, καὶ τῆς ἡμῶν μὴ ἐπιλελῆσθαι μετριότητος.

Epiſt. 27.

Eidem.

AD ea quæ attendere debuit is, qui veſtræ ſanctitatis literas attulit, breviſſimo & opportuno tempore inſtruebatur. Præſtitit ille ſe morigerum vel maximè, & pollicitationibus declaravit fructum ſe laturum admonitionibus illis dignum, nimirum quoad cætera, complacente DEO, vitam inſtituere, nec vel digitum, quod dicitur, attollere abſque veſtra directione; Deum oro ut reſpondeant facta verbis, nè ſi fortè in ſaxa ſeminantes, deſtituat nos tempus agri metendi.

TA' Τυρρηνῶν δημόσια ἔργα. Luxum eorum & laſciviam incuſat, quippe quibus nudæ puellæ ad menſam miniſtrabant publicè, nudatæ in Gymnaſiis cum viris exercebantur. Uxores habebant communes. Ità enim ſcribebant olim Timæus & Theopompus. Erant porrò latrociniis dediti, & piratæ; ſed artifices admodum ingenioſi. Laſcivos ipſorum mores vocat hic ἔργα.

Epiſt.

Ἐπισ. πα΄.

Λέοντι λογοθέτῃ γεγονότι, καὶ μονάσαντι, ὑπὸ δοκοῦντος φίλου παραλυπηθέντι.

Ἀμβλὺς τὸ ἦθος, καὶ μαλακὸς τοὺς πόνους, γνώμην τε οὐ βέβαιος, καὶ λημμάτων ἥττων, καὶ τῆς ἡδονῆς ἀνδράποδον ἄνθρωπος, οὔτ᾽ ἄν τι τῶν ἀγαθῶν γενναῖον ἐργάσαιτο, καὶ εἰς κακὸν οὐκ ἂν ἀποβαίη μέγα· ὅσοι δὲ φύσει μὲν ὀξεῖς, καρτερεῖν δὲ πρὸς πάντα δεινοί, ὑπερόπται δὲ καὶ χρημάτων καὶ ἡδονῶν, καὶ γνώμην ἐξαγαγεῖν ἀμετάτρεπτοι· τούτοις δὲ ἄρα, καὶ ἰσχύος πόθεν προστεθείσης, καὶ εἰς ἀγαθὸν ἡ ῥοπὴ τὰ μέγιστα ἐξανύσειε, καὶ πρὸς τὸ φαῦλον ἐπειδὰν ἀποκλίνωσιν ἀφόρητοί τε καὶ ἀπαραίτητοι καὶ φίλοις καὶ οἰκείοις καὶ πᾶσι καθίστανται· οὐ χρὴ τοίνυν δυσφορεῖν, ὅτι μὴ τὰ βέλτιστα παρὰ τοῦ ποτὲ γενναίου φίλου ἐκκαρπούμεθα· ἀλλ᾽ εὐχαριστεῖν, ὅτι οὐχὶ μόνον μηδὲν λυπηρόν, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ οἷς μηδὲ τὴν εἰς ὑπερβολὴν ἡκόντων δυσχερῶν, ἐκεῖθεν πειρώμεθα. Εἰ δ᾽ ἐπιστρέψει ποτέ, καὶ πρὸς τὰς συγγενεῖς μετὰ τῆς φιλίας ἀναδράμοι ἀρετάς, ἴσως ἀποκρύψει τοῖς εὐφραίνουσιν ἀγαθοῖς καὶ ὅσα τῶν λυπούντων ἡμᾶς προκατέλαβεν.

Epiſt. 81.

Leonti, qui cùm eſſet Logotheta Monachus fiebat, & ab amico mœrore affecto.

Moribus piger, ad labores mollis, mens inconſtans, ſuccumbens donis, voluptatum mancipium, nec aliquid boni generoſive faciet; ſed nec in magnam nequitiam emanabit: Naturâ celeres, ad omnia ſufferenda impigri, divitiarum voluptatúmque contemptores, & qui facilè à ſententia dimoveri nolunt; iſti, accedente aliquantò poteſtate, vel ad virtutem magno futuri ſunt momento, vel ad malum cùm inclinent, intolerandi, implacabiles amicis, familiaribus, ſingulis exiſtunt: Quocirca non eſt ægrè ferendum, quòd optima quæque ab amico generoſo non ſemper impetramus, ſed gratiæ ſunt agendæ, eò quòd non tantùm nihil triſte reportamus, ſed potiùs quòd nihil ab eo proficiſcatur quod inter ſummè triſtia & moleſta numeretur. At ſi revertatur aliquando, & ad cognatas cum amicis virtutes recurret, fieri poteſt ut bona quę deinceps oblectant, omnia illa mala & triſtia evaneſcere faciat, quibus pridem occupabamur.

Ἐπισ. πβ΄.

Βασιλείῳ Πραίκτορι.

Κείρουσιν οἱ παλαιοὶ λόγοι Προμηθεῖ τὸ ἧπαρ, ἀετὸν ἐφιστῶντες τὸν κείροντα· καὶ ἡ αἰτία, ὅτι θεόθεν τὸ πῦρ ἐκκλέψας, φησί, πόνων καὶ χρημάτων ἀνθρώποις ἤνεγκεν αἴτιον. Εἰ δέ σε εἷλον οἱ ποιηταί, τοσαύτην κακῶν πυρὰν τῇ πατρίδι ἀνάψαντα, οὐκ ἀετῶν γένη, καὶ ἰκτίνων, καὶ ἱεράκων τοῖς σπλάγχνοις ἂν διεβόσκησαν· ἀλλὰ καὶ παρδάλεις, καὶ λέοντας, καὶ θηρία πάντα οὐκ ἂν τοῖς ἐγκάτοις ἐπαφιέντες ἀπέκαμον· σὺ δὲ σκόπει, ὡς εἰ καὶ τὸ ποιητῶν γένος ταῦτα σχηματίζειν ἐπιλέλοιπεν, ἀλλ᾽ ἥ γε καθ᾽ ἡμᾶς τῆς ἀληθείας ἀκρίβεια, οὐκ ἀπέστη, φοβερωτέραν τὴν τιμωρίαν ἐπανατείνουσα· πῦρ ἀτελεύτητον καὶ σκότος ἐξώ-

Epiſt. 82.

Baſilio Prætori.

Veterum fabulæ depaſtum Prometheo hepar ferunt ab aquila detondente; cauſam dant, quòd de cœlo furatus ignem, laborum & defatigationum cauſas hominibus dedit. Quòd ſi te ceperint Poetæ tantum malorum pyram in patriam conſtruentem, non illi aquilarum, milvorum, accipitrum ſpecies in te conitarent, quæ viſcera depaſcerent tua; ſed & pardos, leones, & eęteras beſtias in tua inteſtina immittere non deſiſterent. Tu autem cogita, quòd licet poetæ non exiſtant, qui hęc talia confingant, veritatis tamen Chriſtianæ exacta ratio non ceſſet ſupplicium magìs formidoloſum intentare, ignem indefectibilem, tenebras

bras exteriores, ſtridorem dentium, multitudinem vermium peccatoribus dum ſubſternit. Quòd ſi te timor futurorum in præſenti non coerceat, nec à curſu inordinato & irrationabili avertit; attamen Sodomæ & Gomorrhæ quæ literis traditur perpeſſio inconſolabilis, & commune illud omnium hominum naufragium, diluvium; & quotidiana providentiæ opera, animum, & cogitationes, ad ſobriam & ſapientem cogitationem reformen:.

τήρον καὶ βρυγμὸν ὀδόντων καὶ σκωλήκων πλῆθος ὑποστρωννῦσα τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Εἰ δέ σε καὶ τῶν μελλόντων οὔπω συστέλλει ὁ φόβος, οὐδὲ τῆς ἀτάκτου καὶ ἀλόγου φορᾶς ἀνακόπτει· ἀλλὰ κἂν γοῦν τὸ Σοδόμων καὶ Γομόρρας ἀνάγραπτον καὶ ἀπαράκλητον πάθος· καὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ναυάγιον ὁ κατακλυσμός· καὶ τὰ καθημερινὰ τῆς προνοίας ἔργα, εἰς σώφρονα τοὺς λογισμοὺς μεταρρυθμιζέτω μελέτην.

NOTÆ.

Πράκτορες. Vox eſt poſterioris ævi, ſignificat autem φορολόγον. Suidas, φορολόγος, ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων· οὓς πράκτορας καλεῖν ἔθος τοῖς πολλοῖς. De Prometheo, ejusque αἰτίᾳ nota ſunt omnia vel ex Æſchyli Prometheo vincto. Οὐκ ἄν τις ἐγχρίσεις, ut partes aliquas arroderent: ſed ut te totum deglutirent, in fruſta diſcerptum. Vult autem illius maleficia excedere Promethei furtum, quocirca æquum eſſe ut pars ſaltem ſupplicio afficiatur.

Epiſt. 83.

Theophani Diacono & Protonotario.

DOler tibi quod invitus in me deliquiſti; potiùs quòd tyrannicè compulſus, & plagis inflictis ad tentationem ſubditus, lingua tenus tantùm, quam vim habuerit eorum violentia, docuiſti; tormentis interim animum non ſuccumbentem cuſtodiens. Et quodnam aliud ſolatium haberi poterat hujuſce præſentis animi, quòd nè per tantam terribilium terrorum multitudinem conſcientiæ tuæ judicium fœdaveris, nec improbitatum vim inferentium inſtrumentum te præſtitiſti, utcunque tormentis multarum ſpecierum & variarum, non leviter, aut digito tenus tortus fuiſti. Nos autem quomodo non te veniâ dignum, aut ſi quid veniâ excellentius ſit, & quidem libentiſſimè decernemus, ut torrente ac violentia in tranſverſum actus, in offenſionis peccatum incideris, ubi te taliter humiliaſti; ut non ſit tibi opinor opus, à nobis conſtantiam edoceri. Certè tantùm abeſt ut nos aliquid acerbitatis in te ſtatuamus, ut pleroſq; te intueri, tanquam in exemplum jubeamus; Tu autem vale, & virtutem cura per quam conſummamur, & propter quam te jam olim amicorum albo & genuino meorum familiorum choro aſcripſimus

Ἐπιστ. πγ΄.

Θεοφάνει διακόνῳ καὶ πρωτονοταρίῳ.

Ἀλγεῖς ὅτι * ἀκὼν εἰς ἡμᾶς ἥμαρτες. * ἄκων. μᾶλλον δὲ ὅτι τυραννούμενος καὶ πληγαῖς εἰς πεῖραν προκείμενος, μέχρι γλώσσης μόνον τὴν ἰσχὺν αὐτῶν τῆς βίας ἐπεδείξας, ἀνάλωτον ταῖς βασάνοις συντηρήσας τὴν διάνοιαν. Καὶ τί ἂν ἄλλο ταύτης γένοιτο τῆς ὀλιγοψυχίας παραμύθιον, ὅτι τοσούτῳ πλήθει φοβερῶν βασάνων τὴν τοῦ συνειδότος κρίσιν οὐκ ἐθόλωσας, οὐδὲ τῆς κακίας τῶν βιαζομένων ὄργανον ἐγένου, καίτοι πολυειδέσι καὶ πολυτρόποις αἰκίαις ἀλλ' οὐ δακτύλοις κνιζόμενος. Πῶς δὲ ἡμεῖς οὐκ ἂν συγγνώμης καὶ εἴ τι ταύτης ὑψηλότερον, οὐχὶ καὶ σὺν προθυμίᾳ, σε ἄξιον ψηφιούμεθα, ὅτι * ῥήματι καὶ βίᾳ παρασυρεῖς, ὡς εἰς τὸ πᾶν * ῥύματι. καὶ ἑκὼν ἐξημαρτηκώς, οὕτως ἑαυτὸν ἐταπείνωσας· καὶ τῶν ἡμετέρων ῥημάτων οὐκ ἔχεις οἶμαι χρείαν μανθάνειν τὸ βέβαιον. Ἡμεῖς γὰρ τοσοῦτον ἀπέχομεν τι τῶν ἀηδῶν περί σου διανοηθῆναι, ὅτι καὶ πολλοὺς ἄλλους ἀφορᾶν εἰς σε προτρεπόμεθα. Σὺ δὲ ἔρρωσο, καὶ ἀρετῆς ἐπιμελοῦ, δι' ἧς τελειούμεθα, καὶ δι' ἣν σε τῶν φίλων καὶ τῶν γνησίων θεραπόντων πάλαι τῷ χορῷ συγκατελέξαμεν.

NOTÆ.

ᵃ Ἀλγεῖς, ὅτι ἀκών. Ità noſter codex, ſed reſcribendum ἄκων invitus. Sed retineri ἀκὼν poteſt, ſi reſcribatur: ἀλγεῖς, ἀκὼν ὅτι σὺ αὐτὸς ἥμαρτες. Patet autem ex hac Epiſtola non nimis moderatam fuiſſe in Photium, Ignatii factionem, ſed planè tyrannidem in ipſum exercuiſſe. Illa autem quæ hic commemorantur, ob eam cauſam in Theophanem admiſſa ſunt, quòd Photium nollet accuſare, de impoſtura illa quam è Niceta omnium mendaciorum rapſodo Paphlagone commemorat Baronius, ad annum 878. ſect. 38. quem ille fabulator clericum Regium appellat. Pro ῥήμασι, legendum ῥύμαις καὶ βίᾳ. Et mox, ἄκων, non ἑκών.

Ἐπιστ. πδ'.

Μάρκῳ Σικελῷ μονάζοντι.

Τοὺς πρὸς ἑσπέραν ἀνθρώπους, ὅτε πανταχοῦ γῆς ἐξήπλωτο ἡ ἀσέβεια, Κρόνον, καὶ Ἀφροδίτην, καὶ Περσεφόνην μόνους νομίζειν θεοὺς τῆς ἱστορίας ἡ ἀκρίβεια παρέδωκε· καὶ οὔτε τλησιπαθῆ καὶ καρτερικὸν Ἡρακλέα· οὔτε Ἥφαιστον κλυτοτέχνην· ἀλλ' οὐδὲ λόγιον Ἑρμῆν· οὐδ' ἄλλον τινὰ ὧν ὁ μῦθος ἀρίστων καὶ γενναίων ἔργων προστάτας καὶ ἐφόρους ἐπιτίθεται, οὐδένα τούτων οὔτε θειάσαι, οὔτε παραδέξασθαι· οὐδὲ βωμὸν ἱδρύσαι δικαιοσύνης· οὐ μὴν οὐδὲ σωφροσύνης· οὐδ' ἄλλης τινὸς ἀρετῆς, ἣν τηνικαῦτα τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐθεοποίει τε καὶ ἔσεβε δεισιδαιμονίᾳ κατεχόμενον· διὰ τί οὖν Ἀφροδίτη, καὶ Κρόνος, καὶ Περσεφόνη τούτοις ἐτιμήθησαν; ὅτι μόνης ἡδονῆς καὶ γαστρὸς καὶ ἀφροδισίων ἀεὶ γεγόνασιν ἄνθρωποι. Καὶ γὰρ καὶ τούτους οὓς ἔσεβον, μιγνύντες ἀλλήλοις καὶ διαπλέκοντες, τροφάς τε καὶ τρυφὰς καὶ ἡδονὰς παντοίας ἐκεῖθεν αὐτοῖς τῷ λόγῳ ῥεούσας, διὰ τῶν πράξεων συνελέγοντο. Οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν εἰ καὶ σὺ τὸ γένος ἕλκων ἐξ ἑσπέρας, οὐδὲν, οὔτε σῶφρον λέγειν ἔχεις, οὔτε διαπράττεσθαι. Μεγίστῃ γὰρ σπουδῇ καὶ πόνοις καὶ μελέταις τὰ ἐξ ἔθους καὶ πατρίδος μόλις ποτὲ φιλεῖ μεταρρυθμίζεσθαι.

Epiſt. 84.

Marco Siculo Monacho.

Multi hiſtorici docent, quod cùm per terrarum orbem totum impietas diffundebatur, Saturnum, Venerem, & Proſerpinam, occidentales ſolos pro diis habuiſſe: & quòd neque malorum toleratiſſimum Herculem, nec Vulcanum laudandum artificem, nec Rhetoricantem Mercurium, nec alium quemlibet eorum, quos fabulę operũ optimorum & ingenuorum præſides & curatores ſuggerunt, in deorum album retuliſſe, aut admittere voluiſſe: ſed nec aram juſtitiæ, temperantiæ, aut alicui alteri virtuti ædificâſſe, quas multas mortales tum deificabant, & ſuperſtitione prævalente colebant. Quid erat autem cur apud iſtos Saturnus, Venus, Proſerpina colebantur, ſolùm eò quòd homines ſolis addicti erant voluptatibus ventris, & rerum venerearum. Certè enim illos quos colebant deos miſcentes invicem, & promiſcuis complexibus inhærentes, alimenta luxum, omne genus voluptatum, ab illis diis, ut verbis ferebant, fluentes, actionibus ſuis coacervabant. Non eſt ergò mirum, ſi tu, qui genus ab Occidentalibus derivas, nihil prudens aut temperatum dicere, vel facere poſſis: Certè paternæ conſuetudines vix aut nè vix quidem corrigi, & in ordinem redigi poſſunt, maximâ adhibitâ diligentiâ, curâ, & laboribus.

NOTÆ.

Miror Baronii maledicentiam, qui ad Annum 871. ſect. 48. non puduit affirmare, hanc Epiſtolam pluribus mendaciis quàm verbis contextam: convitiatur Photium ſcribere, nullum alium Deum ab Occidentalibus cultos, quàm Saturnum, Venerem, Proſerpinam: vult Occidentales gentes omnes & ſingulas intelligi; quorum neutrum affirmat Photius, quorum utrumque falſum eſt. Οἱ πρὸς ἑσπέραν, Siculi tantùm erant: unde oriebatur Marcus ille μονάζων, ad quem ſcribit. Et verum eſt, illos in Sicilia, aut ſolos, aut longè ante alios cultos. Neque, invidiâ rumpantur ut ilia Annaliſtæ, tam rudem fuiſſe Photium certum eſt, quem calumniator ipſe omnis hiſtoriæ veteris peritiſſimum fuiſſe negare non poteſt, ut nullum alium Deum cultum putârit, per Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Britanniam affirmet; nec tam impudentem fuiſſe ut negaret quod vel pueri tonſorum ſcirent. Comparativè igitur dicuntur quæ de illis habentur; & id verùm eſt.

Epiſt.

Epiſt. 85.

Michaeli Protoſpathario.

CORpus morbis, patiendo anima, vita denique tota ab hominibus contumeliis afflicta deſpondet ſe: amicorum paucitas & abſentia, ſervorum tortiones & vincula, cognati minarum acerbitate divulſi, rerum neceſſariarum ablatio, librorum direptio, ſacrorum ædium expilatio, quas expiatoria nobis futura conſtitueramus, dum caneretur, legeretur, divinis in eiſdē inſerviretur; contra omnes ſententiæ acerbæ ſunt & decreta dura edita, ità ut nemo ad nos propiùs accedere audeat. Quid opus commemorare quotidianas excuſſiones, deciſiones, condemnationes; in quibus nemo teſtis comparet, nemo pro Tribunali judex, nemo accuſator; non dixero contra memet, ſed contra amicos, conſanguineos, ſervos omnino omnes, quos aliqua ſuberat cogitatio, me omnino non negligere. Quòd ſi tandem ceſſârunt, inveſtigantes quæſtiones, non fit id ex animi ipſorum ſententia, aut propter aliquam virtutem meam; ſed ab excelſa fit & profunda Dei miſericordia, à qua ſola pendemus, & ſub qua in vita agitamur; his tot tantis talibúsque exhauſti fluctibus, pro cognatis autem, pro famulis, pro canentibus Pſalmos, pro quocunque humano ſolatio; milites, cuſtodia tribuni, vicarii, militares copiæ nos circumſiſtunt: Unde poterit anima tot malorum falcibus diviſa, à corpore non abripi, & aufugere, certè & hoc mihi ſummam dubitationem mover.

Ἐπισ. πε'.

Μιχαὴλ πρωτοσπαθαρίῳ.

ΤΟ σῶμα ταῖς νόσοις· ἡ δὲ ψυχὴ τοῖς παθήμασιν· ὁ δὲ βίος ὅλος ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπηρείαις ἀπεῖπε ταλαιπωρούμενος. φίλων ἠρεμία· θεραπόντων αἰκισμοὶ καὶ αἰχμαλωσίαι· συγγενῶν τῇ τῶν ἀπειλῶν βαρύτητι* στερήσεις δὲ αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων· ἁρπαγαὶ βιβλίων· ἱερῶν ἐκπορθήσεις οἴκων, οὓς ἱλαστήριον ἡμεῖς ἐστησάμεθα, ψαλλόντων, ἀναγινωσκόντων, ἐν πᾶσι θείοις ὑπηρετούντων· κατὰ πάντων ἁπλῶς ἀποφάσεις πικραί, καὶ ψηφίσματα, ἵνα μηδεὶς μηδὲ τοῦ προσεγγίζεσθαι πρὸς ἡμᾶς πλησίον γένηται. Τί δεῖ τὰς ἐφημερίους ἀνακρίσεις λέγειν, καὶ κρίσεις, καὶ κατακρίσεις· ὧν οὐδεὶς οὔτε μάρτυς, οὔτε κριτής, ἀλλ' οὐδὲ κατήγορος οὐ καθ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ φίλων, καὶ κατὰ συγγενῶν, καὶ θεραπόντων, καὶ κατὰ πάντων ἁπλῶς εἰς οὓς αὐτοὺς ἡ τοῦ μελετᾶν καθ' ἡμῶν ἐλαύνει ἐπίνοια. Εἰ δὲ καὶ ἐξέλιπον* ἐξερευνήσεις ἐξερευνῶντες, οὔτε τῆς ἐκείνων γνώμης οὔτε τῆς ἡμῶν ἀρετῆς· ἀλλὰ τῆς βαθείας καὶ ὑψηλῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ ἧς μόνης ἠρτήμεθα, καὶ ἐφ' ᾗ τὸν βίον σαλευόμενοι· τοσούτοις καὶ τηλικούτοις περιαντλούμενοι κύμασιν, ἀντὶ δὲ συγγενῶν· ἀντὶ φίλων· ἀντὶ δὲ θεραπόντων· ἀντὶ ψαλλόντων· ἀντὶ δὲ πάσης ἀνθρωπίνης παραμυθίας, τί; στρατιῶται καὶ κουστωδία, καὶ τριβοῦνοι, καὶ βικάριοι, καὶ στρατιωτικοὶ λόχοι περιεχέθησαν. Πῶς οὖν ἡ ψυχὴ τοσούτοις κακῶν δρεπάνοις διαιρουμένη τοῦ σώματος οὐκ ἐρράγη καὶ ἐξέφυγε, τοῦτο καὶ ἡμᾶς εἰς ἀπορίαν περιίστησιν.

* διεσπασμένοι

* ἴσ. πτι.

Epiſt. 86.

Joanni Patricio & Sacellano apud Angurios.

TAlem ego mihimet amicum conjungete optatem, per quem neque ſuperbiens aliqua gratia & excelſa impertiatur, neque à quo timeam, nè ex adverſo mihi aliquid afflettur unde disjiciantur res meæ, & ea in me contrahantur, quæ nè per ſomnum quidem

Ἐπισ. πς'.

Ἰωάννῃ Πατρικίῳ καὶ Σακελλαρίῳ, κατὰ τοὺς Ἀγγουρείους.

ΕΛοίμην ἂν ἔγωγε φίλον ἐμαυτῷ συζεῦξαι, ἐξ οὗ, μήτε τῶν ὑπερηφάνων μοι χαρίτων τι ὑψηλῶν μηδὲν ἔσοιτο, μήτε δεδιὼς ἔχω, μήποτε πνεύσας ἐκ τοῦ ἐναντίου συγκαταπάσῃ, καὶ ἃ μηδὲ ὄναρ ἐκεῖνος ἤλπισα.

Πόθεν οὖν εἰς ταύτην ἐξέπεσα τὴν βούλησιν; αἱ σαὶ πράξεις, τοῦ ποτὲ φιλοῦντος ἡμᾶς, ἐπὶ ταύτην ἤγαγον.

cogitâram. Aſt unde mihi hoc concilii aboritur? tuæ me actiones impulerunt in hanc ſententiam, qui olim me diligebas.

Ἐπισ. πζ'.

Θεοδώρῳ Μητροπολίτῃ Λαοδικείας.

Ἅπερ ἀκούομεν περί σου, εἰ μὲν ἀληθῆ εἰσὶν, ὀψὲ καὶ μόλις γινώσκομεν ὅστις εἶ· εἰ δὲ ψευδῆ, ἀπαρχῆς ἔγνωμεν ἄρα ὅστις εἶ. Ὅσῳ οὖν διαφέρει καλὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι τοῦ, φαῦλον καὶ μοχθηρὸν γενέσθαι, κἀμὲ χαίρειν ἀντὶ τοῦ δυσφορεῖν, ἐφ' ᾧ σε φίλον ἐποιησάμην, τοσοῦτον δεῖ σε φυγεῖν ἅ σε φασὶ ποιεῖν· εἴη δὲ, πάντων ἕνεκα, τῆς ἀληθείας ἔρημος ἡ φήμη.

Epiſt. 87.

Theodoro Metropolitæ Laodiceæ

Quę de te fando accepimꝰ, ſi vera ſunt, tardor quidem, & vix tu qualis ſis, intellexi; ſin falſa, quis fueras ab initio cognovi: in quantum ergò virum decet eſſe bonum & honeſtum, non malum & improbum, & me gaudere, non ægrè ferre, quòd te amicum mihi conciliavi; in tantum te oportet evitare illa, quæ rumor eſt te perpetrare; eſto autem omnis hæc fama, precor, veritate deſtituta.

NOTÆ.

Erat prius Cariæ Metropolita, ab Ignatio ſacratus; poſtea tranſiit ad partes Photii, & ab eo traductus fuit Laodicæam: ità [illegible] Ignatius ait, in Epiſtola ad Adrianum Papam: ſed iterum deſultor, Photium deſeruit. Ad deſertorem eſt Epiſtola 171.

Ἐπισ. πη'.

Γεωργίῳ Διακόνῳ καὶ Ξενοδόχῳ.

Μελάνθιόν φασι τὸν τραγῳδίας ὑποκριτὴν, οὕτω τῆς ὀψοφαγίας ἥττω γενέσθαι, ὥστε καὶ ἀθυμεῖν, ἐπεὶ μὴ κύκνου τὸν τράχηλον εἶχεν· ἵνα ὡς πλεῖστον χρόνον τῶν διὰ τοῦ λαιμοῦ ῥεόντων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἡδονῆς, ἀπολαύῃ. Εἰ δέ σου τῶν δείπνων ἐγεγόνει κοινωνὸς, οἶμαι ἂν αὐτὸν καὶ τῆς ἀθυμίας μέγα φάρμακον ἐξευρεῖν, καὶ ἀπεύχεσθαι μηδὲ εἰς τὸ ἀρχαῖον μῆκος τὸν αὐχένα διαμένειν, ἵνα μὴ συχνὸν ἀναλίσκῃ χρόνον τῆς σῆς τραπέζης καὶ τῶν σῶν ἐδεσμάτων ἀπεχόμενος. Τί οὖν δεῖ ποιεῖν· πανταχοῦ τὸ μηδὲν ἄγαν ὑπολαμβάνειν κράτιστον.

Epiſt. 88.

Georgio Diacono, & Hoſpitalario

Melanthium ferunt tragœdiæ actorem, tam voracem fuiſſe, ut indoleret, quòd cycni collum non haberet, ut quàm diuturno tempore ciborum per guttur deſcendentium voluptate frueretur: Si tuorum particeps conviviorum fieret, opinor eum indolentiæ ſuæ & mœſtitiæ remedium illius habiturum, & deprecaturum nè guttur in antiqua ſua ſubſiſtat longitudine, nè multum temporis inſumeret à tua menſa & eduliis tuis abſtinens. Quid ergò faciendum? Certè ſemper & ubique *Nè quid nimis*, optimum exiſtimare.

NOTÆ.

De Melanthio narrat Athenæus in XII. cum ſuffocatum tandem & ſtrangulatum, τράχηλον κατατείναντα ἀπάγξασθαι, ἐν τῷ ἀπολαύειν. In VIII. ait illum fuiſſe τραγῳδίας ποιητὴν, & non ὑποκριτήν. Hujus illius voti, ut & Philoxeni qui gruis collum optabat, meminit ibi, idem Athenæus. Μελάνθιος δὲ ὁ τῶν ἀπολαύσεων ἐρῶν ηὔξατο τῆς μακραύχενος ὄρνιθος τὸν τράχηλον ἔχειν, ἵν' ὅτι πλεῖστα τοῖς ἡδίστοις ἐνδιατρίβῃ. Nec gruis nec cycni meminit, vult autem collum longiſſimum.

Epiſt. 89.

Eidem.

DIvitias amas, idcircò virtutem non amas. Nam impio amore, laudandus amor omnis bonorum extinguitur. Sin avaritiæ flammam extinxeris & ſpinas cupiditatis ſimul combures, tum faciliùs animæ tuæ tellus ſuum proprium fructum faciet pullulare, eleemoſynam; & te alioqui cum hœdis locandum inter ovium greges tranſlatum dabit, Vale.

Ἐπισ. πθʹ.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐρᾶς χρημάτων· διὰ τοῦτο, ἀρετῆς οὐκ ἐρᾷς. Ἔρωτι γὰρ κακίας, ὁ τῶν καλῶν ἔρως ἐναποσβέννυται. Εἰ δέ γε τὴν φλόγα τῆς πλεονεξίας ἀποσβέσεις, καὶ τὰς ἀκάνθας τῆς φιλαργυρίας συμφλέξεις, ῥᾷον ἡ τῆς ψυχῆς ἄρουρα τὸν οἰκεῖον καρπὸν, τὴν ἐλεημοσύνην ἀναβλαστήσει· καί σε ἀντὶ τοῦ μετὰ τῶν ἐρίφων τετάχθαι, εἰς τὴν τῶν προβάτων ἀγέλην μεταστήσει, ἔρρωσο.

Epiſt. 90.

Sabæ Anachoretæ, cum apoſtatis immorato.

UNde factum, ut cùm ad omnia tardè & oneroſè movearis, ad machinationes contra me celer, & vehemens exſtiteris: liquet hinc opinor, quòd in quibus ſecundum rationem procedit ratio, utcunque ingenita ipſi celeritas non ſit ad ante vertenda mala, tamen incitatiùs & continuò, nec ſuſpenſo motu ad mala ferri non vult: at cum inde exciderit quod ſecundum naturam eſt, unà etiam efferuntur, & motus omnes & actiones ſingulæ in ſtatum turbulentum & furioſum: ſcito autem me valde pudore ſuffuſum, & mœrore ultra modum arreptum, non quòd omnes in præſentia aleæ jactæ ſint in me, ſed quòd olim tu ex iis videbaris eſſe, qui me amabant.

Ἐπισ. ϟʹ.

Σάβᾳ ἡσυχαστῇ μετὰ τῶν ἀποστατῶν γηρῶντι.

Πόθεν ἡ πρὸς πάντα σου κίνησις βραδεῖα καὶ νωθὴς, εἰς τὴν καθ' ἡμῶν κατέστη σκευὴν ὀξεῖα καὶ σφοδρά; ἢ δῆλον, ὡς σοὶ οἷς μὲν ἐπράττετο ὁ λογισμὸς κατὰ φύσιν, κἂν οὐκ ἦν αὐτῷ τάχος ἔμφυτον εἰς ἀντίληψιν τῶν κακῶν, ὅμως οὐδὲ ἀκρατῶς * εἴα πρὸς τὰ φαῦλα φέρεσθαι, καὶ ἀνειδότως τὴν ὁρμήν· ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἐξέπεσε τῶν κατὰ φύσιν, συνεξηνέχθησαν αὐτῷ καὶ αἱ κινήσεις πᾶσαι, καὶ αἱ πράξεις εἰς τὸ στασιῶδες ἦθος καὶ ἐμμανές· ἡμᾶς δὲ γίνωσκε λίαν αἰσχύνεσθαι καὶ ὑπεραλγεῖν, οὐχ ὅτι νῦν πάντας κύβους καθ' ἡμῶν ἀνέρριψας, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτὸς εἷς ἐδόκεις πάλαι τῶν φιλούντων ἡμᾶς εἶναι.

* ἴσ. οὐκ.

Epiſt. 91.

Baanæ Præpoſito & Patricio.

ERat aliquando Joſeph, latenter amicus & nocturnus diſcipulus Dei & Domini mei; ſed ruptis poſtea vinculis meticuloſitatis, inflammatiùs & confidentiùs ſe geſſit, quàm illi, qui amabant palàm: Dominium corpus contumelioſè ſuſpenſum, de ligno ſuſtulit, & quo potuit modo curavit. Quouſq; tu & me per noctem dilecturus es, & non lucis atque diei factus filius, vo-

Ἐπισ. ϟαʹ.

Βαάνῃ Πραιποσίτῳ καὶ Πατρικίῳ.

Ἦν ποτε κρύφιος φίλος ὁ Ἰωσὴφ, καὶ νυκτέριος μαθητὴς τοῦ ἐμοῦ δεσπότου καὶ Θεοῦ· ἀλλ' ὕστερον τοὺς δεσμοὺς ἀπορρίψας τῆς δειλίας, τῶν εἰς τὸ φανερὸν φιλούντων θερμότερος καὶ θαρραλεώτερος γέγονε· καὶ τὸ δεσποτικὸν ἐφ' ὕβρει κρεμάμενον σῶμα τοῦ ξύλου καθελὼν, τῆς δυνατῆς θεραπείας οὐκ ἠμέλησε. Μέχρι τίνος τοίνυν καὶ αὐτὸς διὰ νυκτὸς ἡμᾶς ἀγαπήσεις, ἀλλὰ μὴ φωτὸς καὶ ἡμέρας υἱὸς γενόμενος, ῥήξεις ἀξί-

αν φανὴν τῆς Ἰωσὴφ παῤῥησίας, καὶ καθελεῖς οὐκ ἀπὸ ξύλου τὸ σῶμα, ἀλλὰ μυρίων πειρασμῶν καὶ θλίψεων καὶ ταλαιπωρίας καὶ πικροῦ ῥυόμενος καὶ καθημερινοῦ θανάτου*. Εἰ δέ σε ἡ τοῦ κόσμου φιλία, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν συμπάθεια οὐκ ἐᾷ, μάτην εἰς καταφυγὴν καὶ παράδειγμα ὁ Ἰωσὴφ ἐπινοήθη καὶ προκομίζεται.

* ἰσ. τὴν ψυχήν.

cem dignam, rumpes Joſephi fortitudine, & non quidem corpus de ligno auferes ſed de mille modis tentationum, afflictionum miſeriatum, acerba & quotidiana morte expedies. Quòd ſi te impediat amicitia mundi, & affectus erga mundum, fruſtrà tibi excogitâſti Joſephum, & in medium adducis tanquam receptaculum & exemplar.

NOTÆ.

VIdetur Baanes in excuſationem ſuam attuliſſe, quòd licèt non apertè ſtaret à partibus Photianis clàm tamen & occultò partes ejus foveret, & exemplo Joſephi Arimathenſis ſe tutatum; quaſi is, κεκρυμμένος μαθητὴς Chriſti fuiſſet, quod non eſt ità. Is erat Nicodemus, qui de nocte acceſſit ad Jeſum. Erat autem Joſephus ἀπειθὴς Χριστοῦ μαθητὴς, ut expreſſit Nonnus, non autem νυκτίβιος. Qualiter reverà Baanes affectus erat in Photium, docetur in epiſtola 114. ubi inter ejus carnifices & tortores enumeratur: poſt θανάτου fortaſſe deſunt, τὴν ψυχήν.

Ἐπισ. ϟβ.

Ἀθανασίῳ μονάζοντι καὶ ἡσυχαστῇ.

TΟ῀ν φοίνικα φασὶ τὸ φυτὸν τῇ ἁλμυρᾷ θάλλειν γῇ, καὶ τὴν κόμην εἰς ὕψος ἐκτρέφειν, καὶ καρπὸν εἰς πλῆθος καὶ πολλὴν γλυκύτητα φέρειν· καὶ ὅλως φοίνικι καὶ ἐπιτήδειον ἁλμυρὰ γῆ καὶ τοῖς τῶν ἄλλων σπερμάτων, ὅσα τὸ γλυκὺ φιλεῖν ἐθέλει καὶ λιπαρὸν, ὑπάρχουσα φθαρτική. Καλῶς οὖν καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ μὴ πολλοὺς ἔχεις τοὺς συνεραστὰς, ἀντὶ τῶν πολιτικῶν θορύβων, τὴν ἤρημον οἰκεῖν * ᾑρετίσω. Ῥᾷον γὰρ ἐκ ταύτης ἐστὶ, σοί τε καὶ τοῖς ὑψικόμοις, τοῖς κατά σε, πρὸς οὐρανὸν ταῖς ἀρεταῖς ἀναφέρεσθαι.

* ᾑρετίσω, Hzich.

Epiſt. 92.

Athanaſio Monacho, & Anachoretæ.

AIunt Palmam arborem ſalſa gaudere tellure, & frondes in altum attollere, & fructum multiplicem proferre, & ſumma præditam dulcedine; ità omnino ſoli ſalſa tellus palmæ congrua, quæ cætera omnia ſemina & plantas quæ dulcedine capiuntur & pinguedine ſalſugine enecat. Quare rectè tu quidem, licèt multos non habeas rivales, pro civilibus turmis & tumultibus eremum incolere elegiſti: ex illa enim ſolitudine facile tibi fuerit & ſimilibus excelsâ comâ præditis, ad cœlum aſcendere per virtutes.

Ἐπισ. ϟγ´.

Ἰωάννῃ Πατρικίῳ καὶ στρατηγῷ Ἑλλάδος.

ΕΥ῎νομος ᾄδων ἐσεμνύνετο, φασὶ, ὁ Λόκρος. Καὶ ἦδε γὰρ θέλγων, καὶ κηλούμενος τοὺς ἀκροατάς· μιᾶς δέ ποτε ῥαγείσης αὐτῷ χορδῆς, τέττιξ ἐπὶ τὸν πῆχυν καθίσας, τὸν φθόγγον ἀνεπλήρου τῆς ῥαγείσης χορδῆς, καὶ ἦν Εὐνόμῳ πάλιν ᾄδειν, ὡς τὸ πρότερον, ἐμμελῶς. Εἰ δὲ γε ἡμῖν, ἀντὶ τέττιγος καὶ ξένης ᾠδῆς, τῆς σῆς φιλίας, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως περιῤῥαγείσης, ἀποκαταστήσεις πάλιν ἐντελῆς τὴν λύραν,

Epiſt. 93.

Johanni Patricio, & Græciæ Duci.

CElebris habetur Eunomus Locrenſis cantor. Cùm caneret, oblectabat audientes, & deliniebat; at cum aliquando una è fidibus rumperetur, cicada jugo citharæ inſidens, chordæ diruptæ vices adimplebat, ità ut cum concentu Eumelus uti & priùs caneret. Quòd ſi tu loco cicadæ & cantus alieni tuæ amicitiæ chordam neſcio quo pacto diruptam reſarcias, & inten-

das,

das, fieri poteſt, ut vita noſtra, ad priorem integritatem reducta optimam conficiet harmoniam, & pro præſenti tragœdia, concinet cantilenam felicitatis alicujus, quæ ſuavis, & cum delectatione ſit: & futuro ſeculo non aliquis Eunomus citharedus aut cicada muſices operatrix, vetuſtæ cujuſdam fabulæ figmentum, ſed Dei Pontifex amicus divinus & bonus ſufficiet, qui in proverbium abeat verum & exemplar.

ἴσως ἂν εἰς τὴν προτέραν ἡμῶν ὁλοκληρίαν ὁ βίος ἐπανελθὼν, καὶ συμφωνίαν ἀρίστην ἀναλαβὼν, ᾄσεταί τι μέλος εὐδαιμονίας, ἀντὶ τῆς νῦν τραγῳδίας, ἡδὺ καὶ τερπνόν· καὶ τοῖς ἔπειτα τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὁ Εὔνομος καὶ κιθαρῳδὸς, καὶ τέττιξ μουσουργὸς, μύθου πλάσμα παλαιοῦ, ἀλλ' ἀρχιερεὺς Θεοῦ * φίλος· * καί. ἔνθεος, καὶ καλὸς, εἰς παράδειγμα καὶ παροιμίαν ἐξαρκέσει ἀληθινήν.

NOTÆ.

DE Eunomo Locro citharedo omnia ſunt protrita: fortè legendum καὶ ᾄδων ἔθελγε κηλούμενος· fortè, ἐπιθέλγων· dele καὶ ante κιθαρῳδὸς, ità enim habuit Hæſchelii codex, inſere autem, ex eodem codice, ante φίλος ἔνθεος· in ſequenti epiſtola malim νωθρῷ non νόθῳ.

Epiſt. 94.

Georgio Diacono & Hoſpitalario.

QUi apud Græcos videntur ſapientes, materiam ſive hylam impenſis multis & longis ſermonibus, vix tandem potuere (ut ipſimet aiunt) tardo hebeti & infirmæ rationi perſuadere, quòd aliud illa eſſet, & diverſum ab omnibus, perpetuis alterationibus ſubdita, fluxa, fluida, omnium formarum ſuſceptiva: ſi te tum temporis naſci contigerat, tu ſolummodo in illorum notitiam deveniens, à multis longis laboribus & defatigationibus ipſos facilè liberâſſes: nemo enim opinor te aliquando deprehendit, ne per momentum in eadem ſententia manentem; ſed defluentem ſemper, immutatum, & præſentibus applicitum & ad omnia transfiguratum & fœditate tanquam propria pulchritudine excultum.

Ἐπισ. ϟδ'.

Γεωργίῳ Διακόνῳ καὶ Ξενοδόχῳ.

ΤΗῚ ὕλην, οἱ παρ' Ἕλλησι δοκοῦντες εἶναι σοφοὶ, πολλοὺς καὶ μεγάλους ἀναλώσαντες λόγους, μόλις ἴσχυσαν, (ὡς αὐτοί φασι)* νόθῳ καὶ ἀσθενεῖ παραστῆσαι λογισμῷ, * ἴσ. νωθρῷ. ὡς ἄλλο τι οὖσα παρὰ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἀλλοιουμένη διηνεκῶς, καὶ ῥέουσα, πάντων ἐπὶ τῶν ὄντων δεκτική· οὐδὲ σε συνέβη κατ' ἐκείνους γενέσθαι τοὺς χρόνους, μόνον αὐτοῖς ἐπιγνωσθεὶς, πάντων ἂν τῶν μακρῶν ἐκείνων, ἀπήλλαξας αὐτοὺς πόνων καὶ καμάτων. Οὐδεὶς γὰρ, οἶμαι, οὐδέποτέ σε, οὐδ' εἰ ἀχρεῖ, τὴν αὐτὴν ἔχοντα κατείληφε γνώμην· ἀλλὰ ῥέοντά τε ἀεὶ, καὶ ἀλλοιούμενον, καὶ τῶν παρατυγχανόντων γινόμενον, καὶ πρὸς ἅπαντα μορφούμενον, καὶ ὡς οἰκείᾳ μορφῇ τῇ ἀμορφίᾳ καλλωπιζόμενον.

Epiſt. 95.

Eulampio Archiepiſcopo & ſceuophylaci.

NOn poſſunt tenebræ unà cum luce adeſſe, odit enim veritas congreſſum mendacii. Poſt tuum à nobis diſceſſum, qui titulum mentitur aſſuit Emmanuel, qui ea nobis manifeſtavit quæ par & probabile fuit acturum illum, & quæ mores ipſius decebant.

Ἐπισ. ϟε'.

Εὐλαμπίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ καὶ Σκευοφύλακι.

ΟΥκ ἐθέλει τῷ φωτὶ συμπαρεῖναι τὸ σκότος· μισεῖ δὲ καὶ τὴν σύνοδον τοῦ ψεύδους ἡ ἀλήθεια. Μετὰ τὴν σὴν ἀφ' ἡμῶν ἀναχώρησιν, ὁ τὴν κλῆσιν ψευδόμενος ἐφέστηκεν Ἐμμανουὴλ, οἷα εἰκὸς ἦν πράττειν αὐτὸν καὶ τῶν οἰκείων τρόπων ἀξίως, ἐπιδεικνύμενος.

Ἐπιϛ. ϟϛʹ.

Ἀντωνίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Βοσφόρου.

* ἮΝ πότε Ἄξεινος ὁ Σκυθικὸς πόντος. ἐποιεῖτο γὰρ βορὰν, φρικτὸν ἀκοῦσαι, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας τῶν ξένων. Μιλήσιοι δὲ φιλανθρωπίᾳ καὶ ἡμέρῳ πολιτείᾳ, τό, τε θηριῶδες καὶ βάρβαρον ἐξημερώσαντες ἦθος, καὶ εἰς Εὔξεινον αὐτὸν μετεποίησαν. Νῦν δὲ διὰ σοῦ, καὶ τοὺς σοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγῶνας καὶ πόνους καὶ τὴν ἄλλην περὶ τὸ θεῖον θεραπείαν, οὐκ Εὔξεινος μόνον, ἀλλὰ καὶ Εὐσεβὴς, μετὰ τοῦ εἶναι, καὶ * ὀνομάζεται. Πόσης οἴει με, ταῦτα καὶ ἐννοοῦντα καὶ γράφοντα, χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληροῦσθαι; Εἰ δὲ καὶ τοὺς αὐτόθι Ἰουδαίους, εἰς τὴν ὑπακοὴν Χριστοῦ αἰχμαλωτίσας, ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ τοῦ γράμματος, ἐπὶ τὴν χάριν, ὡς ἔγραψας, * μεταστήσεις, ἀπέχω, καὶ περισσεύω τῶν καλῶν ἐλπίδων τοὺς ὡραίους καρποὺς, οὓς ἐπί σοι διαπαντὸς ἔτρεφον.

* κ. ὀνομάζεται.

* ἴσ. καὶ τὸ σῶμα.

Epiſt. 96.

Antonio Boſphori Archiepiſcopo

OLim erat Axinus Scythicus pontus. Nam advenas intrantes, quod fando horribile, devorabant. Mileſii verò in Euxinum transformârant per comitatem & civilitatem introductam, cicuratâ barbaricâ & beſtali conſuetudine. In præſenti per te & tuos pro virtute ſuſceptos labores & certamina & multiplicem Numinis cultum, non Euxinus ſed & Euſebes, cùm talis exſiſtat, nominatur. Quanto me gaudio, quâ jucunditate, dum hoc ipſum ſcribo repletum arbitraris? Quòd ſi Judæos qui inibi ſunt captivos in Chriſti obedientiam duxeris, ab umbra & litera, quemadmodum ſcribis, in gratiam tranſtuleris, abſtineo, & cum abundantia fovebo, maturos illoſce optimæ ſpei fructus, quas continuò de temetipſo foveo.

NOTÆ.

ἮΝ πότε Ἄξεινος) Ovid. in quarto Faſtorum,

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti
Dictus ab antiquis, Axenus ille fuit.

à Lycophrone κακόξενος vocabatur: à Sophocle, ἀπόξενος· Strabo, lib. 7. ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν, καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον· διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν, καὶ μάλιστα τῶν Σκυθῶν, ξενοθυτούντων καὶ σαρκοφαγούντων, καὶ τοῖς κρανίοις ἐκπώμασι χρωμένων· ὕστερον δὲ Εὔξεινον κεκλῆσθαι τῶν Ἰώνων, ἐν τῇ παραλίᾳ πόλεις κτισάντων. Iſtos fuiſſe Mileſios docet Photius. πάλαι ποτ' ἄλιμοι erant illi. de Ponto Euxino vide Steuchium ad Arrhiani περίπλουν. lege ἐπὶ τὴν χάριν ὡ. ἴ. καὶ τὸ σῶμα μεταστήσεις· id enim requirit ἡ ἀπόδοσις.

Ἐπιϛ. ϟζʹ.

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ Βασιλείῳ.

* ἴσ. Βασίλειε

ἌΚουσον, ὦ φιλανθρωπότατε Βασιλεῦ,* Οὐ προβάλλομαι νῦν παλαιὰν φιλίαν· οὐ φρικώδεις ὅρκους καὶ συνθήκας· οὐ χρίσμα καὶ χειροθεσίαν βασιλείας· οὐχ ὅτι ταῖς ἡμετέραις χερσὶ προσιὼν, τῶν φρικτῶν καὶ ἀχράντων μετέσχες μυστηρίων· οὐδὲ τὸν δεσμὸν, * ὃν ἡμᾶς ἡ τοῦ καλοῦ παιδὸς υἱοθεσία συνέδησεν· οὐδὲν τούτων λέγω· ἀλλὰ τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων προτείνω σοι δίκαια. Πάντες γὰρ, καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων, οὓς μὲν θανάτου κρίνουσι, τοῦ βίου ἐξάγουσιν· οὓς δὲ ζῆν ἐῶσι, λιμαγχονίᾳ καὶ μυρίοις ἄλλοις κακοῖς

* ὧ.

Epiſt. 97.

Piiſſimo & maximo Regi Baſilio.

AUdi autem, humaniſſime Imperator, non ego nunc allego veterem noſtram amicitiam; non tremenda juramenta, & ſtipulationes initas; non unctionem & manuum impoſitionem Regiam; non quòd manibus noſtris ſubditus, Sacramentorum illorum reverendorum & immaculatorum fuiſti particeps factus; non illud vinculum quo nos filii optime ſpei adoptio copulavit. Horum nihil commemoro; ſed omnibus communem æquitatem tibi præfero. Omnes certè cùm Græci tum etiam barbari, ſi capitalem in aliquem ſententiam ſtatuant, vitâ privant: quibus verò permittunt vivere, illos haud compellunt fame enectos, & mille aliis modis

modis malis emori. Aſt ego vivo vitam quàvis morte acerbiorem: in captivitatem abductus, rebus omnibus exuor: cognatis, familiâ, amicis, omni omnimodo humano miniſterio. At certè divinus Paulus cùm captivus circumduceretur, non tamen prohibebatur familiarium officioſâ curâ, & cognitorum: imò cùm ad capitale ſupplicium duceretur, humanitatem experiebatur à Paganis, & Chriſti nomen inviſum habentibus. Verùm fortaſſis temporis diuturnitas, licèt haudquaquam archiſacerdotes Dei, tamen improbitate notos, hujuſcemodi docet pertuliſſe. At nos etiam libris privamur, & hoc certè novum, & paradoxum, recens in me excogitatum ſupplicium. In quem porrò finem? certè nè verbum Domini audiremus. Abſit autem, ut in diebus imperii tui, illa execratio finem ſortiatur, *Erit in diebus illis fames panis, & fames audiendi verbum Dei.* Nam cur à me libri ſublati ſunt? ſi in aliquo læſi aliquem, adhuc plures dari deberenr, etiam & informatores adhiberi, ut legendo majorem utilitatem, & convićti citiùs correctionem conſequamur: Sin nullos læſi, cur ego lædor? Nullus Orthodoxus tale quid ab heterodoxis paſſus eſt. Athanaſius ille multarum palmarum auctor, ſede ſuâ Epiſcopali ſæpiùs, cùm ab hæreticis, tum à Paganis pellebatur; at nemo ſancivit aliquando, ut libri ab illo auferrentur. Vir admirandus Euſtathius ſimilibus Arianorum fraudibus impetebatur; ſed nec ab illo, ut à nobis, ablati libri. Paulus Confeſſor, Joannes Chryſoſtomus, Flavianus eximius, infiniti alii. Quid enim opus eſt illos recenſere, qui in libro cœleſti deſcribuntur? Quid ego commemoro ſanctos & orthodoxos Epiſcopos? Magnus Conſtantinus Euſebiũ, Theogonium, alios cum illis hæreticos, propter impietatem & verſatiles ſententias exilio mulctavir, ſed neque facultatibus ſpoliatos, neque libris denudatos: Puduit enim eum à ſermocinatione excludere illos, quos ob eam cauſam exilio mulctabat, quòd ἀλόγως ſe geſſerant: Impius Neſtorius relegatur: ità & Dioſcorus: Petrus ille infelix:

θανεῖν ἐκβιάζονται· ἡμεῖς δὲ βίον βιοῦμεν θανάτου πικρότερον· ἠχμαλωτίσμεθα, πάντων ἐστερήμεθα· συγγενῶν, ὑπηρετῶν, συνήθων, πάσης ἁπλῶς ἀνθρωπίνης θεραπείας. Καίτοιγε Παῦλος ὁ θεῖος, περιαγόμενος δέσμιος, τῆς ἀπὸ τῶν γνωρίμων καὶ συνήθων θεραπείας ἀπολαύειν οὐκ ἐκωλύετο· ἀλλὰ καίτοι τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀγόμενος, ἀνθρωπίνης καὶ παρὰ τῶν μισοχρίστων Ἑλληνιστῶν, ἐτύγχανεν ἡμερότητος. Ἀλλ' ἴσως ὁ μακρὸς χρόνος, εἰ καὶ μὴ ἀρχιερεῖς Θεοῦ, ἀλλ' οὖν γε τινὰς κακούργους, τοιαῦτα δείκνυσι πεπονθότας· ἀλλ' ὅτι ἐστερήθημεν καὶ βιβλίων, καινὸν τοῦτο καὶ παράδοξον, καὶ νέα καθ' ἡμῶν ἐπινενοημένη τιμωρία· ἵνα τί γάρ; ἵνα μὴ ἀκούωμεν μηδὲ λόγον κυρίου. Μὴ γένοιτο ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας ταύτην τὴν ἀρὰν πληρωθῆναι, ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις λιμὸς ἄρτου, καὶ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου. Amos 8. 11. Διὰ τί γὰρ ἡμῶν ἀφῃρέθη τὰ βιβλία; Εἰ μὲν γάρ τι ἀδικοῦμεν πλείονα ἔδει δοθῆναι, καὶ δὴ καὶ τοὺς διδάσκοντας, ἵνα καὶ ἀναγινώσκοντες μᾶλλον ὠφελώμεθα, καὶ ἐλεγχόμενοι διορθώμεθα. Εἰ δὲ μηδὲν ἀδικοῦμεν, τί ἀδικούμεθα; Οὐδεὶς τοῦτο τῶν ὀρθοδόξων οὐδ' ὑπὸ τῶν ἑτεροδοξούντων πέπονθεν. Ἀθανάσιος ὁ πολύαθλος, τοῦ θρόνου πολλάκις, καὶ ὑπὸ αἱρετικῶν, καὶ ὑπὸ Ἑλληνιστῶν ἀπηλήλατο· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοῦ τῶν βιβλίων ἀφαίρεσιν ἐψηφίσατο. Εὐστάθιος ὁ θαυμάσιος, τὴν ἴσην ἐπιβουλὴν παρὰ τῶν Ἀρειανιζόντων ὑπήνεγκεν· ἀλλ' οὐχ, ὡς ἡμεῖς, καὶ τὰ βιβλία ἀφῄρητο. Παῦλος ὁ ὁμολογητὴς, Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, Φλαβιανὸς ὁ θεσπέσιος, μυρίοι ἄλλοι· τί γὰρ δεῖ νῦν τούτους ἀριθμεῖν, οὓς ἡ ἐν οὐρανοῖς βίβλος ἀπεγράψατο. Καὶ τί λέγω τοὺς ὀρθοδόξους καὶ ἁγίους ἀρχιερεῖς; Εὐσέβιον καὶ Θεογνίον, καὶ σὺν αὐτοῖς ἄλλους ἀνθρώπους αἱρετικοὺς, ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, διὰ τὴν αὐτῶν δυσσέβειαν καὶ τὸ τῆς γνώμης παλίμβολον, ὑπερορίους ἐποιήσατο· ἀλλ' οὔτε τῶν ὑπαρχόντων ἐγύμνωσεν, οὔτε βιβλίοις προσεζημίωσεν. Ἠσχύνετο γὰρ λόγου κωλύειν, οὓς, ὅτι ἀλόγως ἐστασίαζον, ἐξορίᾳ κατεδίκαζε· Νεστόριος ὁ δυσσεβὴς ἐξορίζεται· Διόσκορος πάλιν· Πέτρος

ὁ Μελάμος· Σευῆρος καὶ πολλοὶ ἄλλοι· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν βιβλίων αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινε. Τί δὲ λέγω τὰ παλαιά; Λέοντα τὸν δυσσεβῆ πολλοὶ καὶ τῶν ἔτι περιόντων ἴσασι *θηρείαν μᾶλλον ἢ ἀνθρώπου φύσιν ἐπιδειξάμενον· ἀλλ' ἐπεὶ τὸν μέγαν, καὶ ὡς ἀληθῶς Νικηφόρον, ἐλαύνων τοῦ θρόνου, καὶ ἐξορίᾳ παρεδίδου, οὐχ ὅτι καὶ τῶν αὐτοῦ βιβλίων ἐποίησεν ἀπόφορον· οὐ μὲν οὖν οὐδὲ ἐλιμοκτόνησεν, ὡς ἡμεῖς λιμαγχονούμεθα. καί τοι οὐδὲν ἧττον τὸν ἀθλητὴν ἐπεθύμει θανεῖν, ἢ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν εἰς μῆκος χρόνων, δι' ὧν ἐσέβει, πάντα παρατεθήσεσθαι· ἀλλ' ὅμως ὄνομα λαβεῖν ἀνδροφονίας ἐφυλάττετο· οὐ τὰς σάρκας τῶν ὑπηρετούντων αὐτῷ, λῃστῶν καὶ προδοτῶν δίκην, κατέκοψε, καίτοι δυσσεβῶν *τἄλλα, καὶ πνέων ὠμότητα· οὐ τῶν συνήθων τὴν ὁμιλίαν ἐκώλυσεν· οὐχὶ τῶν ὑπαρχόντων ζημίαν ὑπήνεγκεν. ᾐδέσθη γὰρ, χριστιανισμὸν ὑποκρινόμενος, Ἑλλήνων ὠμότερα διαπράττεσθαι. Ἐκεῖνοι γὰρ, ἀναιροῦντες τοὺς μάρτυρας, ὅμως οὔτε θεραπείας, τῆς παρὰ τῶν οἰκείων, τυγχάνειν ἐκώλυον· *οὐδὲ τῶν ὑπαρχόντων ἀφῃροῦντο τὴν κυριότητα. Οὐ μὴν οὐδὲ ψαλμῳδίας ἐκεῖνος ἐξέκοψεν, ἀλλὰ καὶ πολλῶν μοναζόντων συναυλίαν ἀνεδίδου παραμύθιον. Οὐ τοὺς ἀφιερωθέντας αὐτῷ οἴκους Θεοῦ καὶ ναοὺς κατεστρέψατο· ἐδυσωπεῖτο γὰρ, ὡς εἰκάζειν, ἀνθρώπων προσηκόντων, τοῖς θείοις ἔργοις ἐπιλυμαίνεσθαι. Καθ' ἡμῶν δὲ, οἴμοι, πάντα καινὰ, καὶ τραγῳδίας ἐπέκεινα· αἰχμάλωτοι *πάντων, ἔρημοι φίλων, ἔρημοι συγγενῶν, ὑπηρετούντων, ἔρημοι ψαλλόντων, μοναζόντων· ἀντὶ δὲ φίλων, ἀντὶ μοναζόντων, ἀντὶ ψαλλόντων, ἀντὶ πάντων ἁπλῶς, στρατιωτῶν κουστωδίαις, καὶ στρατιωτικοῖς λόχοις ἐκδεδόμεθα· κατεστράφησαν οἶκοι Θεοῦ, καὶ λελωβημένα σώματα πενήτων μετανέστησαν· καὶ τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, ὡς πολεμίων ἐδημοσιώθησαν λάφυρα· ἵνα τί γένηται; ἵνα ἡμεῖς ἀνιώμεθα· λίαν πικρῶς ἠνιάσαμεν· ἱλαστήριον γὰρ ἡμῖν ἁμαρτημάτων, ἐκεῖνοί τε καὶ οἱ περὶ αὐτοὺς, θεραπεία *θεῷ ἀφιέρωτο, ἀλλ' ἔδει συνιδεῖν, μήποτε καὶ θεὸς ἡμῖν ὁ ζημιούμενος, μᾶλλον συναλγι-

* ἴσ. θηρίου.
* τὰ ἄλλα.
* οὔτε.
* πάντων.
* ἴσ. θεοῦ.

Severus, alii quamplures; ſed nemo librorum captivitatem pertulit. Quid veteres recenſeo? Multi etiamnum ſuperſtites nôrunt Leontem illum impium, feræ potiùs quàm hominis naturam oſtendiſſe: Ille autem cùm à ſolio depelleret Nicephorum magnum & verè Nicephorum, cúmque mitteret in exilium, non unà relegavit exulem à libris ſuis; ſed nec inediâ confecit, quemadmodum nos famê enecamur: & tamen ſummè in votis habebat, ut ille athleta interitu occumberet, non minùs quàm ut regnum ipſius impium quàm diutiſſimè perduraret; ſed ille titulum homicidii ſubire noluit; nec carnes miniſtrorum ſuorum, non ſecus quàm latronum aut proditorum fruſtatim diſſecabat, utcunq; alioquin impius, & ſanguinem ſpirans; non quenquam ab amicorum viſitatione excluſit; nec facultatum damno quenquam punivit. Reverebatur enim Chriſtianiſmum, quem præ ſe ferebat, ità ut nollet crudeliùs quàm Pagani deſævire: Illi enim cùm Martyres conſummarent, non impediebant quo minùs amicorum famulitio uterentur; nec proprietate privârunt facultatum. Sed nec ille Leo pſalmodias prohibebat, verùm multorum Monachorum in unum conſeſſum fieri ſolatii cauſâ ferebat. Domos divinas & ſacratas Deo ædes non ſubruebat; metuens, ut probabile eſt, contra ſacra opera inſævire, cùm homines non metueret offendere. At contra me, hei mihi, omnia nova, omnem tragœdiam exuperantia uſurpantur: captivor, ab omnibus deſeror amicis, ab affinibus, famulis privor, pſallentibus, Monachiſmum colentibus; pro amicis, affinibus, Monachis, pſallentibus, ac pro cæteris omnibus, militum cuſtodiæ, militaribus turmis trador: ſubverſæ ſunt Dei ædes, malè mulctata pauperum corpora tranſlata, facultates eorum non aliter quàm belli ſpolia publicatæ: in quem finem? nempe ut ego excruciar: certè crudelem in modum ego excarnificor; qui pro peccatis meis cùm propitiatorium, & illas ædes & ipſorum famulos deſtinaveram, à ſerviendo Deo illi abſtrahuntur; ſed cogitandum fuit, an Deus damno à nobis afficiatur, & vehementiùs

riùs doleat. Certè quidem dolet ſi modò ille ipſus eſt, qui pauperum ſtatum in ſe recipit procurandum. Corporea tormenta civiles Romanorum leges in maleficos, ad purgandum animum adhibuerunt; animæ autem cruciatus, & in eam conſpirationes, nè fando quidem, niſi nunc primùm, apud aliquos intelleximus uſurpatas; ſed nos in præſenti eas experimur; ſatis enim patet quòd hoc intendat librorum ablatio, redemptionis peccatorum caraſtrophe, & ſublatio: harum duarum, altera Theoriæ oculum extinguit, & depravat: altera autem pulcherrimas alias actiones in partes divellit & diſſolvit. Ab omni aevo memoriâ quis audivit bellum ab hominibus contra animam hominis indictum? quaſi non ſufficerent omnem iram penitus evacuare corporea ſupplicia, exilium nempe, captivitas, fames, cuſtodia, mors quotidiè inferenda; ubi in eo tantùm vitæ parcitur, ut nè cum vita ſimul ſenſus malorum auferatur; eſt hic acerbiſſimus mortis ſtimulus, carnificina intolerabilis, ut nimirum morientium patiamur dolores, & tamen ſenſum dolorum non in morte amittamus, quod tamen morientibus in tantis malis, ſolum eſt ſolatium. Conſidera in teipſo hæc, Domine Rex; & ſi tua te excuſet conſcientia, adjice adhuc aliquid contra me, ſi tamen quicquam eſt à te prætermiſſum. Sin te illa condemnat, noli expectare futuram condemnationem, cùm fruſtrà futura ſit pœnitentia. Deprecor autem ego te novâ fortaſſis deprecatione, ſed rebus novatis accommodatâ; Siſte, Imperator, malorum curſum quocunque modo poteris, aut volueris; vel me de vita hac ſuſtollendo, idque quantocyùs, non cum multa & inexplicanda mora, quaſi ſale conditum aſſervando; aut ſaltem triſtitiarum menſuram quâ premor imminuens. Memor ſis quod mortalis exſiſtis licèt Imperator: Cogita quòd uterque eâdem carne amicimur, & ejuſdem naturæ participes ſumus, & Reges & privatus quilibet: Memento quòd communem Dominum, Factorem & Judicem habemus: Tuam ipſius manſuetudinem, quid me affligendo convincis? quid tuam bonitatem injutiis meis accuſas? Miſericordiam in hy-

σφει· εἴπερ ἄλλος ἐστὶν, ὁ τὰ τῶν πενήτων οἰκειούμενος. Σωματικὰς μὲν κακώσεις, νόμοι Ῥωμαίων, τοῖς ἐπὶ κακουργίᾳ ἁλοῦσι, εἰς κάθαρσιν ψυχῆς ἐπινόησαν· ψυχῆς δὲ κακώσεις καὶ ἐπιβουλὰς, οὐδὲ ἀκοῇ, μέχρι νῦν, παρά τισιν ἀνθρώπων ἐπιτηδευομένας παρειλήφαμεν· εἰ καὶ νῦν τῇ πείρᾳ μανθάνομεν· τοῦτο γὰρ δῆλον ὅτι ποιεῖ, ἥ τε τῶν βιβλίων ἀφαίρεσις, καὶ τοῦ λύτρου τῶν ἁμαρτημάτων ἡ καταστροφὴ καὶ ἀναίρεσις· ἡ μὲν αὐτῆς τὸ ὄμμα τῆς θεωρίας ἐναποσβέννυσα καὶ διαφθείρουσα· ἡ δὲ τὸ κάλλιστον τῶν πράξεων διασπαραττομένη καὶ καταλύουσα· τίς ἤκουσεν ἐξ αἰῶνος, κατὰ ψυχῶν ἀνθρωπίνων, πόλεμον ὑπὸ ἀνθρώπων ἐπινοούμενον· οὐ γὰρ ἱκαναὶ κενῶσαι πᾶσαν ὀργὴν αἱ τιμωρίαι τοῦ σώματος, ὑπερορία, καὶ αἰχμαλωσία, καὶ λιμὸς, καὶ φρουρὰ, καὶ θάνατος καθ' ἑκάστην ἐπαγόμενος, καὶ τοσοῦτο μόνον τοῦ ζῆν φειδόμενος, ὅσον μὴ συναπελθεῖν καὶ τῶν ἀλγεινῶν τὴν συναίσθησιν, ὅπερ ἐστὶ τὸ πικρότατον τοῦ θανάτου κέντρον, καὶ ἡ ἀφόρητος βάσανος, ἵνα καὶ τὰ τῶν θνησκόντων πάσχωμεν, καὶ τῷ θανάτῳ τὰ πάθη μὴ συνδιαλύοιτο· ὃ μόνον ἦν, ὡς ἐν τηλικούτῳ κακῷ, τοῖς θνήσκουσι παραμύθιον. Σκόπησον, ὦ βασιλεῦ, ταῦτα κατὰ σεαυτόν· καὶ εἰ μὲν ἀθῳοῖ σε τὸ σὸν συνειδὸς, πρόσθες καὶ ἕτερα καθ' ἡμῶν, ἂν ἄρα τι καὶ παραλέλειπται. Εἰ δὲ καταδικάζει, μὴ ἀναμείνῃς τὴν ἐκεῖθεν καταδίκην, ὅτι καὶ ἡ μεταμέλεια ἄπρακτος. Ἐγὼ δέ σου δέομαι, καινὴν ἴσως δέησιν, ἀλλ' ἐπὶ καινοτάτοις προσαγομένην· στῆσον, ὦ βασιλεῦ, τὰ κακὰ, ᾧ βούλει τρόπῳ· ἢ τοῦ βίου τάχιον ἡμᾶς, καὶ μὴ μετὰ τῆς πολλῆς ταύτης καὶ ἀφάτου ταριχείας, ἐξάγων· ἢ τὴν ὑπερβολὴν ἀνακόπτων τῶν δυσχερῶν· μνήσθητι ὅτι ἄνθρωπος εἶ, κἂν βασιλεύῃς· μνήσθητι ὅτι σάρκα περικείμεθα τὴν αὐτὴν, καὶ βασιλεῖς καὶ ἰδιῶται, καὶ τῆς αὐτῆς κοινωνοῦμεν φύσεως· μνήσθητι ὅτι κοινὸν δεσπότην ἔχομεν καὶ πλάστην, καὶ κοινὸν κριτὴν*. Τί τὴν σὴν ἐπιείκειαν, ταῖς καθ' ἡμῶν κακώσεσιν ἐξελέγχεις; τί τὴν σὴν χρηστότητα, ταῖς εἰς ἡμᾶς ἐπηρείαις διαβάλλεις; τί δὲ τὴν φιλανθρωπί-

* ἴσ. ἐξομθί.

αι, εἰς ὑπόκρισιν, καὶ σχῆμα πρᾳότητος, τῇ καθ' ἡμῶν ὀργῇ καὶ βαρύτητι διασύρεις; οὐκ αἰτοῦμεν θρόνους, οὐ δόξαν, οὐκ εὐημερίας, οὐκ εὐπαθείας· ἀλλ' ἐκεῖνα αἰτοῦμεν, ἃ καὶ τοῖς δεσμώταις παρέχεται, ὧν οὐδ' οἱ αἰχμάλωτοι ἀποτυγχάνουσι, ἃ καὶ βάρβαροι τοῖς δεσμίοις παρέχειν φιλανθρωπεύονται· εἰς τοῦτο γὰρ τὰ ἐμὰ τετέλεσται πράγματα, ἵνα παρὰ βασιλέως, καὶ * ποτε φιλανθρωποτάτου γένους τῶν Ῥωμαίων τοιαῦτα αἰτῶ. Τί οὖν αἰτοῦμαι; ἢ ζῆν μὴ χαλεπώτερα θανάτου ζωήν, ἢ θᾶττον ἀπαλλαγῆναι τοῦ σώματος· δυσωπήθητι τὴν φύσιν· αἰδέσθητι τοὺς κοινοὺς τῶν ἀνθρώπων νόμους· αἰδέσθητι τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς τὰ κοινὰ δίκαια· μηδὲ καινόν τι παραχωρήσῃς ἐπισυσχεθῆναι τῷ βίῳ διήγημα· ὅτι ποτὲ βασιλεύς, ἐλεημοσύνης καὶ φιλανθρωπίας ἐπαγγελλόμενος, φίλον ἀρχιερέα, καὶ σύντεκνον ποιησάμενος, ὑφ' οὗ χερσίν, αὐτός τε καὶ ἡ βασιλίς, τὸ χρίσμα τῆς βασιλείας ἐχρίσθη, καὶ τὸ ἀξίωμα ἐνεδύσαντο, ὑφ' οὗ λίαν ἐφιλήθη, καὶ πρὸς ὃν ὅρκια καὶ πίστεις φρικώδεις ἔθετο, ὃν ὑπεραγαπᾶν καὶ στέργειν ἐπεδείκνυτο ἅπασι· τοῦτον ἐξορίᾳ, καὶ λιμῷ πικρῷ ἀνεῖλεν, καὶ μυρίοις ἄλλοις καταθλίξας κακοῖς, εὐχόμενον ὑπὲρ αὐτοῦ, τῷ θανάτῳ παρέπεμψεν.

* ἴσ. τότε

pocriſin, & ſchema clementiæ odio in me & furore percitus gravi, ludibrio habes? Thronum non deſidero, non gloriam, non dies bonos, non felices ſucceſſus; illa tantùm rogo, quæ in vincula conjectis exhibentur, à quibus nec captivi excluduntur, quæ & barbaris catenatis exhiberi ſolent cum humanitate: eo enim ſtatu res meæ conſtituuntur, ut à Rege & Romanis clementiſſima natione hujuſcemodi deprecatione uti neceſſe mihi ſit. Quæ eſt autem illa? ſcilicet ut vel nè vitâ, quâvis morte magis afflictâ fruar, aut ut quàm citò de corpore egredi liceat: reverere naturam ut exoreris; communes mortalitatis leges venerare; communia Romani Imperii jura: noli committere ut de te narretur, novum te in vita exemplum intuliſſe, nempe iſtud, quòd Imperator qui miſericordiam, & clementiam pollicebatur, Archiepiſcopum quem amicum habebat, & communem filium: à cujus manibus, cùm ipſe tum Imperatrix regni ſuſceperant unctionem, & poteſtatem induerant dignitatis: à quo vehementer diligebatur, apud quem juratus fidem interpoſuerat reverendam: quem valde diligere & amore complecti paſſim omnibus oſtenderat; illum inediâ, exilio mulctavit, & ſexcentis aliis malis liquefactum interim precibus pro ipſo intercedentem morti dedit.

NOTÆ.

Baſilium Macedonem intelligit, hominem nequiſſimum, ortu ignobilem, perfidiâ inſignem, nullâ virtute commendatum, Baronio tamen tantùm non Canonizatum: qui, cùm ab Imperatore Michaele, poſt Bardæ Cæſaris necem cujus architectus fuit Baſilius iſte, imperii ſocius eſſet aſſumptus, & jubente Michaele, per Photium Patriarcham coronatus, *χρίσμα καὶ χειροθεσίαν βασιλείας* accipiens; omnium bipedum ingratiſſimus, Dominum ſuum & Patronum Michaelem Imperatorem occidit; Photium, optimè de ſe meritum Patriarchatu pellit, eò quòd Regicidam nequiſſimum, non admitteret ad Euchariſtiam. Iſta Zonaras, ſexcentis Paphlagontibus præferendus; vel ipſo Baronio, capitaliſſimo Photii hoſte fatente, ad annum Chriſti 867. ſect. 101. Baſilius, inquit Zonaras, die feſto, magnam Eccleſiam ingreſſus, ut incruentæ victimæ particeps fieret, per Photium Patriarcham eſt prohibitus, eum homicidam appellantem; ob quam repulſam iratus, indicto concilio, Photium dignitate privatum Eccleſiâ movet, quaſi Ignatius contra canones & leges à Bardâ Cæſare ſede Pontificia dejactus eſſet. Ad hæc Baronius nihil aliud reſpondet, quàm fuiſſe Zonaram ſchiſmaticum; nempe quia Græcus: Ridiculè. Nam quid ſchiſma, ſi tamen erat ſchiſmaticus, ad Baſilii & Michaelis, vel Bardæ cauſam? Si valeret hoc argumentum, ſequeretur, quicquid ſcriptum à Zonara, aut quocunque hiſtorico Græco, poſt ſchiſma ut vocant, Græcorum, mera eſſe mendacia. Nemo enim non ſchiſmaticus foret illo ſenſu. Pudenda certè Baronii maledicentia, communem ei ſenſum expectoravit. Patet autem ex hac Epiſtola, quàm acerbam, barbaram, & pluſquam tragicam carnificinam paſſus fuerat Photius per Baſilium illum Macedonem. Poſt *βασιλέως*, deeſt nomen Imperatoria, *Βασίλειε*. *Προσιών*] reſpicit morem antiquæ Eccleſiæ in ſacra Euchariſtia participanda. Nam de navi Eccleſiæ progreſſi, ad ſacerdotem intra cancellos ſtantem accedebant, ut docemus in noſtra *Θυσιαστηριολογίᾳ*, ſi publici aliquando juris fiat. *παιδὸς υἱοθεσίᾳ*.) Nam de ſacro fonte Baſilii filium, adhuc in minori fortuna conſtituti, ſuſceperat Photius *ἀναδεχθείς*. *Τὸν ἐπὶ θανάτῳ ἀγόμενον*.] Paulum Romam ducturus quòd Cæſarem appellaverat, Julius Centurio, ſumma cum humanitate tractans, amicos & fideles in itinere convenire permiſit: ſed *νῦν ἐπὶ θανάτου οὐκ ἤγετο*. *Ἐστερήθημεν βιβλίων*.] Hoc inimicorum ſuorum facinus & tyrannidis ſpecimen, imprimis accuſat *Photius*, ut inauditum ac novum. Quod tamen ab impio iſto Baſilio, ortum, paſsim hodie in uſu; ubi incarcerati, & concluſi, **into cloſe priſon**, ut vocant, per ſummam immanitatem omni ſolatio literarum, librorum, chartæ, ſcriptionis, privantur miſeri. Paulò pòſt legendum, *οὐ λιμὸς ἄρτου, οὐδὲ λιμὸς ὕδατος, ἀλλὰ λιμὸς τοῦ ἀκοῦσαι τὸν λόγον τοῦ Κυρίου*, Amos 8.11. *Λύουσι τὸν ἀναστὰ*.) Intelligit

Arme-

Armenium nominatim: rectè autem ait, multos ejus meminiſſe: Nam poſt annos VII occiſus, ſucceſſorem habuit Michaelem πότρεαύλον, qui poſt annos imperii ſui 26. ab iſto Baſilio impuriſsimo & impiiſsimo occiditur. Οὐ πὲς πέρας] Bardas Cæſar, Baſilio id procurante, membratim, & fruſtulatim occiſus, concidebatur, ut & alii à partibus Photii ſtantes, de illius imperio qui & ναὸς κατεστρέψατο, & omni ſacrilegio fœdabatur, illum tamen miris laudibus extulit Baronius, eò quòd erat Photio capitalis hoſtis, & Romani pontificis palpo. Vide Epiſtolam 101. Templa autem non omnia ſubvertit Baſilius, ſed tantùm quæ conſtruxerat Photius, quod factum appellat αὐτὴν τῶν ἁμαρτημάτων καταστροφήν. Lego autem θεοῦ ἀφίξοιτο. poſt κατὰ τὴν κρίσιν adde ἐξορμῶν. Erat enim in futuro, cætera in præſenti,

Epiſt. 98.

Eidem.

EGo quidem arbitrabar te ad regni faſtigia promoto, mihi gratias agendi multiplices affuturas occaſiones, pro amicis, cognatis, familiaribus, cæteris quibuſcunque, quibus te ſine faſtidio mihi gratificaturum in quantum poſſes, putavi: eò me ſpei induxerat ſincerus & ſine fuco meus in te animus, nec dubitare ſinebant promiſsiones ſexcentæ juramentis confirmatæ, quas me vel invito, ipſe coram omnibus ſtudioſè propagabas. At noſtræ jam tandem huc ſpes devenerunt, ut licèt ſerò, nec ſatis opportunè, tuo imperio gratificari habeam. Quorſum autem & in quo inquies? Quòd latronum & ſuſpendioſorum hominum ſupplicia, cum quibus uſque ad abſumtionem confligtabar in curſum temperantiorem convertere pollicearis. Vide autem ſis dilecte mihi, licèt nolis, Imperator, quòd tentare tantùm ut perſuadeas hominibus, non modò nihil confert ad perſuadendum Deum, ſed in planè contrarium immutatur; certè quæ ſine ullo metu hîc geruntur acerbiores pœnas olim juſtitiæ omnia luſtranti dabunt.

Ἐπισ. ϞΗ΄.

Τῷ αὐτῷ.

ἘΓὼ μὲν ᾤμην, τῆς ὑμῶν κραταιουμένης βασιλείας, πολλὰς αὐτῇ προσάγειν εὐχαριστίας, ὑπὲρ τῆς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας, ὑπὲρ φίλων, ὑπὲρ συγγενῶν, ὑπὲρ συνήθων, ὑπὲρ πάντων ἁπλῶς, ὅσα πράττων αὐτὸς εἰς τὴν ἡμῶν θεραπείαν κόρον οὐκ εἶχες χαρίζεσθαι. Εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ἦγεν, ὅτι καθαρὰ πρός σε καὶ ἀληθινὴ διάθεσις, καὶ τῶν μυρίων ὅρκων καὶ ὑποσχέσεων τὸ ἀνένδοτον· οὓς καὶ ἀκόντων ἡμῶν, αὐτὸς ὅμως, πρὸς ἅπαντας ἐκτείνων οὐ διέλιπες. Νῦν δὲ εἰς τοῦτο τὰ τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων περιέστηκεν, ὅτι κἂν ὀψὲ τοῦ καιροῦ, ὅμως εὐχαριστίαν τῇ σῇ προσάγομεν βασιλείᾳ. Ἐπὶ τίνι, καὶ διὰ τί; ὅτι τὰς τῶν λῃστῶν καὶ κακούργων τιμωρίας, αἷς ἐναθλοῦντες ἡμεῖς καταδαπανώμεθα, εἰς τὸ μετριώτερον σχηματίζειν ἐπεχείρησας. Ἀλλ' ὅρα φίλε, κἂν μὴ βούλει, βασιλεῦ, ὅτι τὸ πειρᾶσθαι πείθειν ἀνθρώπους, οὐ μόνον οὐδὲν συντελεῖ πρὸς τὸ πεῖσαι θεόν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὐναντίον περιτρέπεται· καὶ τῶν ἀδεῶς ἐνταῦθα πραττομένων, μᾶλλον ἐστὶν ἐκεῖθεν ἡ παντέφορος δίκη κειτής.

Epiſt. 99.

Gregorio Diacono & Chartulario Amaſiano.

AUdio quoſdam ex adverſariis pacem circumannunciare, & ſimpliciores conari, ut hoc nomine ineſcatos capiant: veruntamen ſi pacem illam quam dat Dominus denunciant, congruum non eſt ut annuntient illi, ſed à nobis hanc acceptam debent agnoſcere. Sin, quam ut tolleret, ipſe advenit: (Nam *non veni*, dicebat, *qui pacem darem, ſed ut gladium*) ſciant tum quòd

Ἐπισ. ϞΘ΄.

Γρηγορίῳ διακόνῳ καὶ χαρτυλαρίῳ τῷ Ἀμασιάνῳ.

tudo ipſius machinationes & conſilia deridet, & ludibrio habet, dum ſub Chriſto capite militant, & ejus ductum obſervant: ut captivos potiùs quoſdam abducunt veritati, quàm ut aliquis ex ipſis fugitivus exiſtat & deſertor ordinum. Quapropter ſi diabolo daretur optio, utrùm talia adhibere vaſa voluerit, qualia ſunt, in quæ nunc incidit, capacia totius operationis ipſius: tum eccleſiam ità viriliter & animoſè concertantem ex adverſo conſiſtere; vaſa illa ut figulina cum ipſomet artificè confringentem, annon iſtorum experimentum facere potiùs recuſaret? nec talia vaſa reperire, vel ab iis gaudium proventurum ſomniare, quàm eccleſiam intueri ità roboratam ac vigentem, & in media ipſius viſcera vulnus tam mortiferum inferentem, & glorioſum de tota ipſius potentia trophæum ſtatuentem. Quod profectò, ſi non aliud, oportebat eum, qui nunc nimiùm commotus eſt (neque enim intelligo, quid, aut quomodo, cum majori modeſtia dicam) revereri, nec victoriarum adoreas non conari, à ſua propria ſede dimovere. Quidni enim? licèt non effectum dedit, quod conceperat animo, gratiam tamen effloreſcentem marceſſere fecit, eò quòd cogitavit, quæ cogitatio redarguit opinionem. Divina autem gratia providentiam, quâ nos ſemper tutatus eſt, nunc oſtendit, cùm in effectum prodire non ſit paſſa, quod apud animum ille conſtituerat. Cæterùm, mi fili, nulla talis deinceps mentem irrepiat cogitatio. In præſenti enim omiſſâ increpatione omni quâ hactenus mea ipſius viſcera feriendo vulneravi, quod ipſum dolenter feciſſe me profiteor. Licèt enim medicina, etiam conciſiones, neceſſaria ſint, tamen erga laborantes & cruciatos compaſſio ſuperat leges doctrinæ cujuſq; & medicinæ: Et ego ideò compaſſionis tyrannidē haud ſuſtinendo cùm ſim, prætermiſſis omnibus, tanquam præſentis in complexum ruor. Filium meum compello, partum meum immaculatum, membrum mei corporis. Quonam ego abripior? ubinā de te mea gloriatio? ubi ſpes? potiùs, poſt ſpem ubi comparent opera? Videſis triſtem vultu dejectum lacrymantem, de te

ſolli-

ſolicitudo talia cauſat. Labor meus circa te, de vita dolor viſcera mea penetrat interiora. Quare, ſi meæ vitæ tibi cura eſt ulla (& certè non probatur non eſſe tibi curæ) noli deinceps ejuſmodi aliquid in deliberationem admittere. Beatus ille vir, non qui nequaquam cucurrit ad illicita malorum opera, ſed qui ne quidem inceſſit in conſilio malignantium. Nec quòd ſint, quam nos ſumus, deteriores alii, gloriemur, ſed ſi aliquibus impares inveniamur, pudore ſuffundimur. Nam & optimus miles haud deſertor convictus, nec quòd cum fugitivis cenſeatur, clarus obinde & illuſtris fit, ſed ſi bello præſtantior quàm commilitones: ſi victoriam de hoſtibus deportavit, tum dignus judicatur qui coronetur. Hortor autem atque obſecro, oſtende finem principio dignum, dignum certaminibus. Oh quantum adeſt gemitus & lacrymarum, ſi in marinis fluctibus, inter ventos, in procelloſis tempeſtatibus rectum tenere curſum poſſimus, & in portu patiamur naufragium, prælio ſi vincamus hoſtes & depellamur à trophæo: in ſtadio cum laude certamen ſubire, & emolleſcere ad bravium. Vos ergò, ô virtutis amatores, veritatis qui præcones eſtis, & in Deum pietatis defenſores, uti contra cætera prævaluiſtis, ità date operam, & ſedulò incumbite, ut quod exopto doloris habeatis levamentum. Non ob eam tantùm cauſam, quia quòd dolet, amicis ſi exponatur, diffindi quodam modo per ſermones poterit, aut ut ſic dicam evaporari; ſed multò magis quòd ſpem egregiam concipio, futurum ut veſtris prudentibus illis & præclaris admonitionibus & inſuſurrationibus corroborandũ hominem, ſerpentis illius difflato ſibilo quaſi conſiliis ulteriùs non pariturum eorum qui fecerunt ſeceſſionem; qui conſilia recta & optima ad dubitationem inflectunt ruinæ daturam occaſionem, ſed ad priorem integritatem reverſum, ità ut immotus & inflexus, in Chriſtianæ confeſſionis petra ſollda & infracta conſervetur, in omni vitæ curſu, & ſermonum varietate conſervatus. Atque hæc quidem hactenus. *Quòd ſi autem aliqua ſit conſolatio in Chriſto*, ità enim vocibus

φροντὶς τούτων αἰτία· ὁ ἐπί σοι πόνος αὐτῶν ἀπέτεμε σπλάγχνων τὸ ἄλγος αὐτῆς τῆς ζωῆς· ἀλλ' εἴ τί σοι τῆς ἐμῆς μέλει ζωῆς (οὔπω δέ μέ τις ἀναπείσει λόγος ὡς οὐ μέλει) μηκέτι μηδὲν τοιοῦτον μηδὲ παραπλήσιον, μήτε εἰς βουλὴν, μήτε εἰς μελέτην διαβαινέτω· μακάριος γὰρ ἀνὴρ οὐχ ὃς ἐπὶ παρανόμων οὐκ ἔδραμεν ἔργα, ἀλλ' ὃς οὐδὲ ἐν τῇ βουλῇ αὐτῶν ἐπορεύθη· μηδ' ὅτι χείρους ἔχομεν σεμνυνώμεθα, ἀλλ' εἰ τινῶν ἐλάττους ἐλεγχθῶμεν, αἰσχυνώμεθα· ἐπεὶ καὶ ἀριστεὺς, οὐχ ὅταν λειποταξίας οὐχ ἁλῷ, οὐδ' ὅταν τῶν φυγάδων οὐχ ἥττων ὀφθῇ, σεμνὸς καὶ περίβλεπτος· ἀλλ' εἴπερ δ' ἂν τῶν συστρατιωτῶν κρείττων ἐν πολέμοις ἀναφανῇ καὶ τῶν ἐχθρῶν κρατήσῃ, τότε καὶ τοὺς στεφάνους ἐπαναδέχεσθαι δίκαιος· καὶ δέομαι καὶ παρακαλῶ δεῖξον τὸ τέλος ἄξιον τῆς ἀρχῆς, ἄξιον τῶν ἀγώνων· ὦ πόσων στεναγμῶν, πόσων δακρύων ἐν πελάγει μὲν * μέσον πνευμάτων καὶ ζάλης οὐριοδρομεῖν, πρὸς αὐτῷ δὲ τῷ λιμένι καταποντίζεσθαι· καὶ πόλεμον μὲν κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, τῶν δὲ τροπαίων αὐτοῖς ὑπεξίστασθαι· καὶ τὸν ἀγῶνα μὲν ἐν τῷ σταδίῳ λαμπρῶς ἐνεγκεῖν, πρὸς δὲ τοὺς στεφάνους μαλακίζεσθαι· ὑμᾶς δὲ ἄρα ὦ τῆς ἀρετῆς ἐρασταὶ, καὶ τῆς εὐσεβείας κήρυκες, καὶ τῆς ἀληθείας προασπισταὶ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οὕτω καὶ τοῦ παρόντος ἄλγους εὑρήσειν ἔμελλον παραψυχήν· οὐ μόνον ὅτι πέφυκε τὸ λυποῦν τοῖς φίλοις ἐκκαλυπτόμενον * διαχεῖσθαι πρὸς τοῖς λόγοις, καὶ οἷον συνεξατμίζεσθαι· ἀλλ' ὃ καὶ μᾶλλον, διότι μεγάλας ἐλπίδας ἔχω διὰ τῶν ὑμετέρων σοφῶν καὶ καλῶν ἐπῳδῶν τε καὶ παραινέσεων, θᾶττον ἀναρρωσθῆναι τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν τοῦ ὄφεως ψιθυρισμὸν τέλεον ἀποστραφέντα, μηκέτι συμβουλῆς ἀνάσχεσθαι στασιαζούσης, τοὺς ὀρθοὺς λογισμοὺς καὶ εἰς δισταγμὸν μεθελκούσης, ἀπτώματον αὐτὸν, ἀλλ' εἰς τὴν προτέραν ἐπαναδραμόντα τελειότητα, ἄσειστον καὶ ἀκλόνητον ἐν τῇ στερρᾷ καὶ ἀρραγεῖ τῆς ὁμολογίας Χριστοῦ διατηρηθῆναι πέτρᾳ, διὰ βίου παντὸς καὶ λόγων πολιτεύμασιν· ἀλλ' ἐπὶ τούτοις μετὰ ταῦτα. Εἴ τις δὲ παράκλησις ἐν Χριστῷ, (μετὰ τοῦ

* ἴσ. ἀνέμων

* ἴσ. συνδιαχεῖσθαι.

θεσπεσίου Παύλου ὑμῖν, καὶ δι᾽ ὑμῶν πᾶσιν ἐπιβοώμεθα) εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τις κοινωνία πνεύματος, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, πληρώσατέ μου τὴν χαρὰν· ἵνα ὥσπερ μέχρι νῦν, οὕτω καὶ διαπαντὸς, τὸ αὐτὸ φρονῆτε, ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῆς ἀληθείας τῷ κηρύγματι, καὶ μὴ * πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων· ἥτις αὐτοῖς μέν ἐστιν ἔνδειξις ἀπωλείας, ὑμῖν δὲ σωτηρίας, καὶ τοῦτο ἀπὸ θεοῦ· ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη [τὸ] ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Καὶ ταῦτα οὐχ ὡς τῶν ἐμῶν δεομένοις λόγων γέγραφα, ἀλλ᾽ ὡς χρεωστῶν, ἀλλάγε καὶ ἐφιέμενος ὑμῖν κοινωνεῖν, ἔνθα μὲν καλεῖ καιρὸς, αὐτοῖς ἔργοις καὶ ἄθλοις, * ἀλλ᾽ ὅτε δὲ καὶ τοῖς ῥήμασι· καὶ γὰρ ὑμεῖς (μετὰ τοῦ θεολόγου φάναι Ἰωάννου) χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος· καὶ τὸ χρίσμα ὃ ἐλάβετε ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐν ὑμῖν μένει, καὶ οἴδατε πάντα, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ ὑμᾶς, ἀλλ᾽ ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων· καὶ καθὼς ἐδίδαξεν ὑμᾶς, μένετε ἐν αὐτῷ· ἵνα ὅταν φανερωθῇ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἔχωμεν παῤῥησίαν, καὶ μὴ αἰσχυνθῶμεν ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ· ὁ δὲ τῆς εἰρήνης ταμίας καὶ βασιλεὺς· ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν αἴτιος καὶ συνοχεὺς, ἐν ᾧ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καὶ ἐσμέν· οὗ τοῖς ἀλύτοις δεσμοῖς τῆς ἀγαπήσεως συνδεδέμεθα· ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς, Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς θεὸς ἡμῶν· ὁ ἐξ οὐ λαοῦ λαὸν οἰκεῖον ἡμᾶς ἰδίῳ αἵματι ποιησάμενος· καὶ οὐχ ἁπλῶς λαὸν, ἀλλὰ καὶ ἠγαπημένους, καὶ ἔθνος ἅγιον, καὶ βασίλειον ἱεράτευμα (ὢ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας) καὶ υἱοὺς, καὶ κληρονόμους, καὶ συγκληρονόμους γενόμενος· παρ᾽ ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα· αὐτὸς ἕως τέλους ἀνεγκλήτους συντηρήσει, συσφίγγων ἡμᾶς ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης καὶ ἀγάπης, στηρίζων ἐν αὐτῷ καὶ ἐν ἀλλήλοις ἐν ἀκλονήτῳ καὶ ἀσαλεύτῳ τῆς εὐσεβείας φρονήματι, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν μελέτην ἔχοντας, ἓν λέγοντας, πρὸς ἓν ἀφορῶντας ἅπαντας, πρὸς τὸ βραβεῖον ἐπειγομένους τῆς ἄνω κλήσεως· ἔνθα τῶν πρωτοτόκων ἡ ἐκκλησία· ἔνθα χοροὶ μαρτύρων· ἔνθα πατριαρχῶν αἱ σκηναί· ἐν οἷς οὐκ ἔστι ψεῦδος

* συρόμενοι, vel πτοούμενοι.

* ἀλλότε.

Divini Pauli vobis ſigillatim inclamabo, *ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſpiritûs ſocietas, ſi qua miſerationis viſcera, vos adimplete gaudium meum:* ut quemadmodum hucuſque, *ſic ſemper idem ſapiatis, in uno ſpiritu unanimiter collaborantes præconio veritatis, ut nunquam ab adverſariis terreamini: Quod illis concedet in damnationem, vobis in ſalutem imputabitur, ídque Deo operante, quia vobis donatum eſt à Chriſto, non ſolùm ut in illum credatis, ſed ut pro illo patiamini. Iſta autem ſcripſi, non quòd ſermonibus meis indigeatis, ſed propterea quòd deſiderem, quippe debitor quadam vobiſcum communicare, ubi fuerit occaſio, opere ipſo & concertatione: nec factis tantùm ſed interdum & verbis. Vos enim,* ut cum Joanne Theologo dicam, *habetis à ſancto Spiritu unctionem:* porrò, *quam accepiſtis, unctio in vobis manet, nec opus eſt ut quiſquam vos erudiat, ſed ſicut eadem unctio docet vos, & ſicut vos docuit, manete in eo, ut cum apparuerit Filius Dei habeamus fiduciam, nec confundamur in adventu ejus.* Pacis autem cuſtos atque Rex, qui vitam nobis dedit, & eandem conſervat: *in quo vivimus, movemur, ſumus:* cujus amoris vinculis, nec diſſolubilibus conſtricti tenemur: ille Princeps ſacerdos, idémque magnus, Chriſtus nempe verus noſter Deus: *Qui nos de non populo, populum conſtituit acquiſitionis, per ſanguinem proprium:* nec populum ſimpliciter, ſed *dilectum,* ſed *gentem ſanctam,* ſed *regale ſacerdotium:* quæ ineffabilis illius bonitas eſt, *Filios nos conſtituens, hæredes, & ſecum cohæredes: apud quem non eſt converſio vel inverſionis umbra:* quos inculpatos ad finem uſque eſt cuſtoditurus, conſtringens nos vinculo pacis & amoris, formans nos in ipſo, & inter noſmet mutuò immotâ & inconcuſsâ pietatis ſententiâ conſtitutos, unam & eandem omnes cogitationem habentes; unum dicentes, ad unum proſpectantes, ad bravium ſupernæ vocationis properantes: ubi *Primogenitorum eccleſia eſt*: ubi martyrum chorus, Patriarcharum tabernacula; ubi mendacium non

non antefertur veritati, non eſt contentio, tyrannis, inſanus furor: ſed alta quies, veritatis irreſiſtibilis pulchritudo nullo artificio inobſcuranda: ubi quies, pax, concordia, beatarum viſionum & inenarrabilium ſpectaculorum intuitus, participatio, & fruitio, adoptionis finis non ulteriùs ſperatæ ſed perfectæ, cujus tamen etiamnum illuſtri quodam modo participes ſimus, propter quam in præſenti perſecutiones patimur, & captivi abducimur; propter quam ſexcentas calamitates, mortes perpetimur quotidianas, quas læti ferimus agentes præterea gratias. *Pro regibus orandum eſſe*, divinus Paulus ante nos jam olim docuit: & diſcipulorum ſummus Petrus, *Subjecti eſtote*, inquit, *omni humanæ creaturæ propter Dominum: ſive Rex ſit vel ſuperior.* Iterúmq;, *Regem honorate:* utroque prior, communis ille noſter & illorum Dominus, Doctor, Creator, è theſauro inæſtimabili ſuo cenſum Cæſari ſolvens, opere & verbo docuit, prærogativas Regibus datas dare. Quocirca inter myſticas & venerandas noſtras hierurgias orationes pro regibus offerimus. Quæ per leges debita, conſervare illæſa & communiter cuſtodire, ergà noſtros à Chriſto dilectos Reges juſtum eſt, Deo gratum, & nobis congruentiſſimum.

περὶ τῆς ἀληθείας τιμώμενον, οὐκ ἔρις, ἡ τυραννὶς, οὐκ ἀπόνοια· ἐν οἷς βαθεῖα γαλήνη, καὶ κάλλος ἀληθείας ἀμήχανον ὑπὸ μηδεμιᾶς τέχνης καλυπτόμενον· ἐν οἷς εἰρήνη πᾶσα καὶ ὁμόνοια, καὶ ἡ τῶν μακαρίων ὄψεων καὶ ἀδιηγήτων θεαμάτων θέα καὶ μετοχὴ καὶ ἀπόλαυσις, καὶ τέλος τῆς υἱοθεσίας οὐκέτι ἐλπιζόμενον, ἀλλ' ἤδη λαμπρῶς μετεχομένης τελείωσις, ὑπὲρ ἧς οἱ παρόντες διωγμοὶ καὶ αἰχμαλωσίαι· καὶ δι' ἣν τὰ μυρία δεινὰ, καὶ τοὺς καθημερινοὺς θανάτους εὐχαρίστως καὶ χαίροντες φέρομεν. Ὑπὲρ δὲ βασιλέων εὔχεσθαι Παῦλος μὲν ὁ θεσπέσιος πρὸ ἡμῶν παραινεῖ καὶ Πέτρος δὲ τῶν μαθητῶν ἡ ἀκρότης, Ὑποτάγητε πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον λέγων, εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι. Καὶ πάλιν, τὸν βασιλέα τιμᾶτε· ἀλλά γε πρὸ τούτων αὐτὸς ὁ κοινὸς δεσπότης καὶ διδάσκαλος καὶ δημιουργὸς, ἐκ τῶν παραδόξων θησαυρῶν κῆνσον τελέσας τῷ Καίσαρι ἔργῳ καὶ νόμῳ τὰ προνόμια νέμειν ἄτερ ἀφελείας τοῖς βασιλεῦσιν ἐξεπαίδευσε· διὸ καὶ ταῖς μυστικαῖς ἡμῶν καὶ φρικταῖς ἱερουργίαις, εὐχὰς ὑπὲρ βασιλέων ἀναφέρομεν· ἃ δὴ προνόμια συντηρεῖν καὶ συνδιασώζειν καὶ τοῖς φιλοχρίστοις ἡμῶν βασιλεῦσι δίκαιόν τε καὶ φίλον θεῷ, καὶ ἡμῖν ἁρμοδιώτατον.

NOTÆ.

Libellus eſt non epiſtola. Extat apud Baronium ad annum Chriſti DCCCLXX Latinè verſa, de qua ſic Cardinalis maledicentiſſimus Photii calumniator. Invenies iſta artificio miro contexta, ſi cuncta exactè perlegeris, mirabeiiſque hominem ad fallendum aptiſſimè, præ cæteris comparatum. Dictio duriuſcula (ità cæcus judicat de coloribus, Baronius ſcilicet de Græca elegantia, cujus planè erat ignarus) quæ videatur interdum eſſe confuſa, non vitio codicis, ſed animi depravati affectantis eam orationem, quæ ſolet progredi ab homine ingenti cordis dolore mirum in modum exulcerato. Et quis (mi homo) aliam orationem ab illo expectet? qui tam indignis modis ab impiis tractabatur. Eſt porrò epiſtola generalis, ſed argumenti ratio ſpecialis, ab eo deducta, quem de nomine prudenter & Chriſtianè non nominat. Μηδὲν ἡμῶν φθεγγομένων] Nam non ἀπολύτως loquitur ſed de re ſua. Baronii interpres, omiſſo ἡμῶν, ſenſum pervertit. Poſt αὐτὴν deeſt ἡμῶν. Ille tamen audiat: & pro τοιοῦτον πιστῶν, reponendum, cúmque in cogitationem nihil tale veniret, noſtram ſcilicet. Πόθεν ἡμῶν ὁ πολλά. &c. Tria ſunt omnia: nam ad hæc tria capita adverſariorum olim accuſationes, & Baronii calumniæ referuntur. ἄδειαν περιφρονίας ὑπεροψίας] niſi quòd iſte contemptum dilatet de quo non cogitârant adverſarii Pontificis Romani deſpicientiam, quæ eſt illa Helena quæ bellum hoc Photio concitavit. Τοῖς αὐτοῖς ῥήμασι] Iiſdem nempe quibus ego nunc utor; non αὐτῷ, ſuis ipſius verbis, ut legiſſe videtur Interpres Baronii: noſtram verſionem confirmant ſequentia. Ἐγὼ δὲ ὅτι τὸν χρόνον] hæc oratio & incerta pendet: Quid enim Ego? certè οἶδα, vel tale quid deeſt ad implendam ſententiam: ſed conciſa oratio narrandis calamitatibus apta eſt; recitat autem κατ' σύνοψιν, breviter, calamitates varias, & tormenta quæ ab adverſariis ingeſta patienter pertulit. Καὶ οἷα ἐν μεταξὺ.] Baronii Interpres vertit, ſtare ab hoſtibus & inter medios, inter amicos & inimicos, quaſi ad reconciliationem inter eos faciendam: ſed ὁ διαλλάκτης. non admittit hanc partem pietatis. Εἰδὼς πανουργίας, &c.] Baronii Interpres omiſit iſta omnia, vitiò opinor codicis; εἰδὼς πανουργίας αὐτῷ πάλαι διασκευάζοντος μεταβαλλοίμεθα, quæ omnino ſunt neceſſaria: illa ſine ſenſu & ſententia: neque enim *non intrabitis in regna cælorum*, ſcandalizanti pœna apponitur, ſed *ſaxum collo appenditur*. Σκανδαλίζων ἕνα] ſic legit Interpres. ſed repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν ἐλαχίστων. Εἰ δὲ ὡς ἐστὶν δεῖ διχάζειν, &c.] Rectè noſter codex: Baronianus, ut videtur ex Interprete, mutilus erat: vertit enim, *Siquidem in quid quos non decuit excivere excipias, metu futuri ſupplicii, vel inviti, præſentem pietatem turbimur:* contra mentem Photii. Vide noſtram interpretationem. Ἀ σπουδάζεις] Vocis aperta defectio; in margine noſtri codicis ſcriptum erat φαίνου, fortè volebat ἐκφαίνου. Quod ſequitur de ſubſcribente Amanuenſem ſuum intelligit, cui Epiſtolam dictabat, cujus manum in tam longis literis diriguiſſe non eſt mirum, & tamen ſtatim videtur reſoluta, nam in longiorem longitudinem excreſcit Epiſtola adhuc.

Ἐπις. ροε΄.

Παύλῳ γεγονότι ἀρχιεπισκόπῳ Καισαρείας καὶ ἀποστήσαντι.

Ἀρκαδίαν με αἰτεῖς, εἴποι ἄν τις, καὶ μάλα εἰκότως, παροιμιαστὴς ἀνήρ· ἐγὼ δέ σοι δώσω, οὐ τὰ ἐξ ἁμάξης, οὐδὲ τὴν ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσιν, ἀλλ' ἅπερ ἂν φιλεῖ ἡ ἀλήθεια· κακὸς ἐγένου φίλοις, καὶ θείου προδότης δόγματος, καὶ τῆς σῆς ὁμολογίας πολέμιος· Εἶτα διερωτᾷς; τί δήποτέ σε οἱ εὐσεβεῖς ὡς ἐναγῆ ἀποστρέφονται, μηδὲ τῆς κοινῆς ἀξιοῦντες προσρήσεως; (ὦ, τί σε δικαίως προσείπω;) φοβερὸν ἡγοῦνται καὶ τὸ διὰ τοῦ χαίρειν κοινωνῆσαι τοῖς ἔργοις σου τοῖς πονηροῖς.

Epiſt. 175.

Paulo Cæſareæ Archiepiſcopo lapſo.

ARcadiam me flagitas, quiſpiam diceret, nec injuriâ, proverbialiter. Ego autem exhibeo, ſed non è plauſtro, nec à Scythis mutuatum verbum, ſed quale amet charitas. Improbus extitiſti erga amicos, Divinæ legis proditor, hoſtis propriæ confeſſionis: & tamen rogitas? cur te ut improbum diſfugiunt homines, nec congreſſu ſuo communi dignantur? Nimirum ideo (O quo te titulo jure deſignem) quod terribile arbitrantur, vel per *ſalve* communionem habere cum operibus tuis impiis.

NOTÆ.

AD iſtum aliquoties ſcripſit & ante & poſt lapſum. Proverbii origo ab oraculo fuit apud Herodotum l. 1. Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς. μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω. Ἀφ' ἁμάξης id eſt convitia, unde olim larvati conviciabuntur vel ore fœcibus obducta: unde de plauſtro conviciari, & convitiorum plauſtra fundere: ἐξ ἁμάξης βλασφημίαν κατασκεδάσουσιν ἀλλήλων. Lucianus: huic affine eſt Scytharum ῥῆσις, cujus meminit idem Lucianus: hoc eſt convitium ferè barbarum ab omni humanitate remotum.

Ἐπις. ρος΄.

Σάβᾳ πρεσβυτέρῳ καὶ ἡσυχαστῇ.

THν, ὁ πατήρ μου, μείζων μού ἐστι, τοῦ εὐαγγελίου φωνὴν, διαφόρως οἱ πατέρες ἡμῶν ἐξειλήφασι· μηδεμιᾶς λυμαινομένης τῇ ἀληθείᾳ ὑπολήψεως. Οἱ μὲν γάρ φασι τῷ αἰτίῳ μείζονα εἰρῆσθαι· ὅπερ οὐκ οὐσίας παραλλαγὴν, ταυτότητα δὲ μᾶλλον καὶ συμφυΐαν, παρίστησιν. Ἅπας γὰρ πατὴρ τοῦ υἱοῦ τῷ αἰτίῳ καθηγούμενος, συσφίγγει μᾶλλον δι' αὐτοῦ καὶ συνδιακρατεῖ τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα, κἂν ὁ σκεδασμὸς τῶν ὑποστάσεων τοσοῦτος, μάλιστα τοῖς γεννητοῖς ἐκ μυρίων ῥέων καὶ πληθυόμενος περιστάσεων, εἰς ἑτερότητα ἐκβιάζηται· ὁμουσιότητος ἄρα καὶ συμφυΐας τὸ μείζω εἶναι τῷ αἰτίῳ τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' οὐδαμῶς γε τῆς κατ' οὐσίαν ἑτερότητος. Ἄλλοι δὲ τὸ μείζων, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰλήφασι· φασὶ γὰρ, ὥσπερ τὸ πορεύεσθαι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ τὸ, μηκέτι πολλὰ μετὰ τῶν μαθητῶν λαλεῖν καὶ τὸ, ἔρχεται τὸν τοῦ κόσμου ἄρχοντα, καὶ ἐρευνῶντα μηδὲν εὑρίσκειν ὅλως· ὥσπερ δὴ ταῦτα τοῦ προσλήμματος ἦν, οὐ τοῦ λόγου· ὥστε

Epiſt. 176.

Sabæ presbytero & Anachoretæ.

DIctum illud Evangelicum, *Pater meus me major eſt*, non uno modo Patres noſtri interpretantur, nullâ interim expoſitione veritatem debilitante. Sunt qui exponunt cauſalitate majorem, quod non ſubſtantiæ alterationem identitatem potiùs & connaturalitatem notat. Omnis enim pater, dum filium cauſalitate præcedit, per illud ipſum conſtringit potiùs & in unum compingit, utcunque ſint hypoſtaſes tam divulſæ: quæ diſperſio indè contingit, quòd è ſexcentis in rebus genitis accidentibus fluens & multiplicata, in aliam ſpeciem vi impellitur. Filio igitur majorem eſſe patrem ſpectat ad paritatem ſubſtantiæ & ſubſiſtentiæ, nullo autem modo ad ſubſtantiæ diverſitatem. Alii, major me, ad humanam naturam retulerunt. Aiunt enim, quòd quemadmodum *proficiſci ad patrem*. &, *Non adhuc multa cum diſcipulis loqui*. &, *Venit Princeps mundi*, nec in me factâ diſquiſitione, quicquam invenit, veluti, inquam hæc ad aſſumptam carnem referuntur, non autem ad verbum,

verbum, ſic & illud, *Pater meus me major eſt*, Inter enim ſuperiùs recitata ſimili modo prolatum & hoc dicitur. Quidam etiam de verbo concedunt illud, major non autem ſimpliciter, vel ſecundum ſubſtantiam: ſed ſi incarnatio fuerit ſumma exinanitio & humiliatio, ſecundùm quam evacuavit ſe verbum & humiliavit, *Formam ſervi induens*, patet quòd illius rei, quæ nullo modo ſubſternebatur, evacuatio & humiliatio conſequenter dicatur minoritatem tetuliſſe: in majoribus enim excellentiis, qui vacuabilis non eſt, major eſt quàm is qui evacuatur, & qui nihil de ſua ſublimitate remittit, major eſt eo qui vel ad uſque deſpectabilia deſcendit ſufferenda, crucem, dico & mortem, quæ natura ſubivit humana: ſed & opinari quis poterit nec improbabiliter, dictum fuiſſe de mente diſcipulorum: Erant etenim adhuc illi imperfecti, nec de magiſtro ſuo, ut de Deo cogitabant, multò autem majorem Deum patrem cogitabant, præcipuè cùm Moſaica lex multò explicatiùs Patrem quàm Filium ipſis inſinuet: & ipſemet ſervator patrem apud eos multifariam prædicaret. Quocirca apud ipſos cùm hæc opinio obtineret, à qua profecti dicebant, *oſtende nobis patrem & ſufficit nobis*. Hanc illorum opinionem reſpiciens ſiſtit ſe nec progreditur: Sed tantùm non dixit, parum conſentanea vobis ipſis agitis & veſtræ opinioni, dum triſtitiæ vos traditis, *eò quòd dixerim, vado ad patrem*, ſi me diligeretis, & ſi reverà majorem me patrem arbitramini, gaudere potiùs deberetis, quia vado ad patrem meum me majorem: Hunc ſi ego vobis oſtendere tantùm velim, omnino ſuffecturum vobis ad omnia diceretis. Quòd ſi verò juxta ſenſum iſtum putaverit quiſquam, *patrem* dictum *majorem ſilio*, à bona convenientia non deviabit. Nihil porrò impedit hanc vocem per condeſcentiam adhiberi, & ad humilitatem conformatam propter auditorum infirmitatem: Multiplex enim diſpoſitio iſtiuſmodi orationum adhiberi ſolet, ad commodum & ſalutem eorum procurandam, qui nondum ferre poſſunt conſummatiora: uti illud, *Rogabo*

καὶ τό, ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστι, μεταξὺ γὰρ ἐκείνων τοῦτο, καὶ παραπλησίως αὐτοῖς εἴρηται· τινὲς δὲ περὶ μὲν τοῦ λόγου τὸ μεῖζον συγχωροῦσιν· οὐχ ἁπλῶς δὲ τοῦτο καὶ κατ' οὐσίαν, ἀλλ' εἴπερ ἐστὶν ἡ ἐνανθρώπησις ἄκρα κένωσις καὶ ταπείνωσις, καθ' ὃ κεκένωκεν ἑαυτὸν ὁ λόγος καὶ ἐταπείνωσε μορφὴν δούλου ὑπελθών, δῆλον ὅτι τοῦ μηδαμῶς ὑποστάντος τὴν κένωσιν καὶ ταπείνωσιν, ἀκολούθως λέγοιτ' ἂν τὸ ἔλαττον ἀπενέγκασθαι· ἐν μείζοσι γὰρ ὑπεροχαῖς, καθ' αὐτό γε τοῦτο, ὁ ἀκένωτος τοῦ κεκενωμένου μείζων ἐστί, καὶ ὁ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς μηδὲν καθαφεὶς, τοῦ μέχρι καὶ τῶν ἐπονειδίστων παθῶν, σταυροῦ, φημί, καὶ θανάτου διεληλυθότος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· ἐκδέξαιτο δ' ἄν τις οὐκ ἀπεικότως καὶ πρὸς τὴν τῶν μαθητῶν διάνοιαν εἰρῆσθαι τὸν λόγον· ἐπεὶ γὰρ ἔτι ἀτελῶς οὗτοι διέκειντο περὶ τὸν θεὸν καὶ διδάσκαλον, μείζονά τε πολλῷ τὸν πατέρα ἐνόμιζον· τοῦτο μὲν τῶν μωσαϊκῶν νόμων ἐμφανέστερον αὐτοῖς τὸν πατέρα ἢ τὸν υἱὸν καταγγελλόντων· τοῦτο δὲ *τοῦ σωτῆρος ἄνω καὶ κάτω περιφέροντος* καὶ. αὐτοῖς τὸν πατέρα· ἐπεὶ οὖν τοιαύτη τις αὐτοῖς ἐνεστήρικτο ἡ δόξα, διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἔλεγον, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· πρὸς τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἀπολογούμενος ἔοικε, τοιοῦτόν τι λέγων αὐτοὺς ἀσύμφωνα ταῖς σφῶν ὁμολογίαις διαπράττεσθαι, λύπῃ διδόντες ἑαυτούς, ὅτιπερ ἐγὼ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. εἰ γὰρ ἠγαπᾶτέ με, δοκεῖ δὲ ὑμῖν καὶ μείζων εἶναι ὁ πατήρ, χαίρειν ὑμᾶς ἔδει, διότι πρὸς τὸν μείζονα πορεύομαι· τοῦτον γὰρ καὶ ὑμῖν οὖν γε μόνον ὑποδείξαιμι, ἀντὶ πάντων ἐξαρκέσειν διετείνεσθε. Ἀλλὰ γὰρ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν διάνοιαν, μείζονα λελέχθαι τὸν πατέρα παρὰ τοῦ υἱοῦ, εἴ τις ἐκδέχοιτο, οὐκ ἂν ἀπενεχθείη τοῦ πρέποντος. Οὐδὲν δὲ ἴσως κωλύει καὶ ῥῆμα τοῦτο ὑπολαβεῖν συγκαταβάσεως διὰ τὴν τῶν ἀκροατῶν ἀσθένειαν ἐσχηματισμένον πρὸς τὸ ταπεινότερον· ἔστι γὰρ πολλὴ καὶ τῶν τοιούτων λόγων ἡ οἰκονομία ἐπὶ κέρδει καὶ σωτηρίᾳ τῶν τὰ τελειότερα μήπω φέρειν δυναμένων· ὥσπερ καὶ τό, ἐρωτήσω τὸν πατέρα.

πατέρα καὶ ἄλλον παράκλητον πέμψει· καὶ εὐχαριστῶ σοι, ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, καὶ μυρία ἄλλα· πόθεν δῆλον, ὅτι ταῦτα πρὸς τὴν ἀσθενοῦσαν ἀκοὴν ἐσχημάτισται; αὐτὸς ὁ σωτήρ, ἡ πηγὴ τῆς σοφίας, καὶ συνέσεως ἄβυσσος, ἑαυτὸν ἑρμηνεύων ἐδίδαξεν εἰπών· ἐγὼ δὲ ᾔδειν ὅτι πάντοτέ μου ἀκούεις, ἀλλὰ διὰ τὸν ὄχλον τὸν περιεστῶτα εἶπον, ἵνα πιστεύσωσιν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Ἀλλὰ γὰρ κατ' ἐπιστολὴν ἀποχρώντως, οἶμαι, σοι ἔχει τοῦ ζητηθέντος τὴν μάθησιν.

patrem & alium Paracletum dabit vobis. & *Gratias tibi Pater ago, quòd ſemper me & ubique audias:* & ſimilia plura. Sed unde conſtabit, quòd ad auditorum imbecillitatem iſta confirmantur? Certè quidem ſervator, fons jugi ſapientiæ, & intelligentię abyſſus, ipſum ſe explanans, id per iſta docet: *Ego autem ſcio, quòd me ſemper audis, ſed propter turbam circumſtantem dixi, Ut credant quia miſiſti me.* Atque ità ſufficienter habes, ut per epiſtolam, quæſtionis à te poſitæ ſolutionem.

Ἐπισ. ροζ΄.

Τῷ αὐτῷ.

ΟΥ μάχεται κατὰ διάνοιαν τό, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· Εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν· πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν· καὶ τὸ ἐφεξῆς εἰρημένον· ἐὰν πορευθῶ, ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον. τῇ μὲν γὰρ προνοίᾳ καὶ προγνώσει, ἢ εἰ βούλει, τῇ οὐσιώσει καὶ τῇ ὑπάρξει, πάντως ἅπασιν ὅσοι τῆς οὐρανίου δόξης ἀξίως ἐπολιτεύσαντο, τῷ θεῷ τῶν ὅλων οἱ τόποι προητοιμάσθησαν. Ἐγκαινίζει δὲ αὐτούς, καὶ μονὰς δεικνύς, ὡς ἀληθῶς εἰσὶ κυρίως μονάς, αἷς οἱ μένοντες ἐναυλίζονται· οὐδεὶς οὐδαμοῦ, μέχρι τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, καὶ τῆς εἰς ᾅδου καθόδου, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου τοῦ δεσπότου, ἐπιδέδεχεν· αὐτὸς δὲ μετὰ τοῦ προσλήμματος εἰς οὐρανοὺς ἀναβάς, καὶ πρόσφατον ἡμῖν ὁδόν, καὶ ζῶσαν, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἐγκαινισάμενος, ἑτοιμοτέρας τῷ ὄντι, καὶ μονονουχὶ βλεπομένας τοῖς ἀξίοις τὰς ἐκεῖσε μονὰς ἀπειργάσατο. Ἦσαν καὶ παρὰ τῷ πατρὶ αἱ μοναί, καὶ ὁ υἱὸς ταύτας πορευθεὶς ἡτοιμάσατο.

Epiſt. 177.

Eidem.

QUoad ſenſum, non repugnat illud effatum, *in domo Patris mei multæ & multiplices ſunt manſiones: Sin minùs, edixiſſem* utique *vobis, vado autem ut locum vobis apparem,* cum illo quod dictum ſequitur, *Si proficiſcar apparabo vobis locum,* ſiquidem per providentiam & præcognitionem, aut ſi magis placet, per & quoad ſubſtantificationem & exiſtentiam omnibus omnino, qui dignum cœleſti gloria vitæ ſuæ curſum inſtituerunt, à Deo loci ſunt præparati. Conſecrat autem & manſiones reverâ ſtatuit, ſi modo manſiones propriè ſunt, in quibus recumbunt, qui manent ibi: nullus enim omnino uſque ad Chriſtum in cruce paſſum, & deſcenſum in infernum, ac in cœlos reditum ibidem ſuſceptus requieſcebat: ſed poſtquam in carne aſſumebatur, aſcendens in cœlos, quò *viam nobis novam, & vivam,* juxta quod habet beatus Paulus, conſectarat, apparatiores deinceps, & tantùm non ſub oculis expoſitas illorum qui digni erant, reverâ perfecit manſiones. Itaque apud Patrem manſiones illæ erant, & Filius eas perfectas eò profectus apparavit.

NOTÆ.

LOcus Evangeliſtæ extat Joan. 14. 2. dubium puerile: an quia dixit πολλαὶ μοναὶ ſunt, non contrarietur illud vado parare. Quid enim opus eſt apparare, quæ jam ſunt? Quaſi apparatura non eſſet opus in iis, quæ jam exiſtunt: cùm niſi in præexiſtentibus apparatum impendere non poſſimus. Rectè autem, & ſecundum communem Patrum ſententiam exponit, manſiones illas nulli potuiſſe ante Servatoris aſcenſum. Cœlum enim ſummum & glorioſum omnibus erat ἄβατον durante & ſtante primo tabernaculo. Chriſtus autem, ὁδὸν πρόσφατον ἐγκαινίσας μετὰ τοῦ προσλήμματος, hoc eſt, cum aſſumpto corpore: loci defectum è conjectura ſupplevi ut in margine.

Epiſt.

Epiſt. 178.

Amphilochio, Cyzicæ Metropolitæ

QUod volebas ſciſcitando diſcere, potes illud, in quantum patitur diſciplina epiſtolaris, auribus accipere: Quandoquidem Petrus univerſalem totius mundi curam erat ſuſcepturus commiſſi ipſius fidelitati, idcirco permittebatur lapſu circumagi, quo ſuo commonefactus ipſius exemplo humanum ſe & facilem erga lapſos ſed pœnitentes ferret. Si enim talem in lapſu illo gravi veniam conſecutus eſt & indulgentiam, non debuit tam inexorabili, & præproperâ ſententiâ vitam Ananiæ quaſi falce demetere: Et quis totus mundus ejus zelum continerete ſi amorem erga Dominum & affectum illibatum, nec interciſum retinuiſſet? Quamobrem, communis omnium, qui eſt & Dominus & Servator permittit illum ſolum cadere, ut ſic per illum pluribus compaſſionis fontes & miſericordiæ emittens doceret, tanquam de immenſo Oceano inexhauſtam haurirent bonitatem: deinde, ut diſcipulus ille, qui vires humanas operibus ſuis tranſcenderet, in divinam de ſupernis potiùs gratiam reſpiceret, quàm ut gratiam collatam ſibi ideo reputaret, quòd ità eſſet inculpabilis. Patratio enim miraculorum ad tumorem ociùs & elationem inducit, ſi non per conſcientiæ dejectionem ad moderationem deducatur. Quocirca dicebat Salvator, *Ne lite ob id gaudere, quòd vobis Dæmonia ſubjiciantur, ſed quoniam nomina veſtra ſcripta ſint in cælis. Multi mihi dicturi ſunt in illa die, Nonne in tuo nomine virtutes multas operati ſumus? ad quos dicturus ſum, apage te, non novi vos.* Atque hanc ob cauſam permiſſum fuit, ut Paulus cum quibuſdam tentationibus colluctaretur, *Ne*, quod affirmat ipſe, *nimis elatus ferretur, propter multitudinem revelationum:* Quare, Paſſio ejus pro Pædagogo contraxit & abſcidit exultus omnes, à quibus natura hominis inflata effertur. Accedat huc, ut deinceps terribiles illas minas, mille mortes, acres perſecutiones, Coryphæus ille inconcuſſo, & immoto ferens animo, ad mirandum magiſtri auxilium, carnifices ipſos induceret, cùm vi-

Ἐπισ. ροη.

Ἀμφιλοχίῳ μητροπολίτῃ Κυζίκου.

Ὅπερ μαθεῖν ἐπηρώτησας, ἔξεστί σοι, καθά γε διδασκαλίαν ἐπιστολῆς, ἐνωτίζεσθαι· ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ὁ Πέτρος τῆς οἰκουμένης τὴν προστασίαν καταπιστεύεσθαι, συγχωρεῖται περιπεσεῖν τῷ πτώματι· ἵνα τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι φιλάνθρωπος εἴη καὶ ἐπιεικὴς τοῖς μετανοοῦσιν ἐφ' οἷς ἥμαρτον. Εἰ γὰρ καὶ τοσαύτης ἀπολαύσας συγγνώμης, ἐπὶ τηλικούτῳ πταίσματι, ὅμως τοὺς περὶ Ἀνανίαν ἀδυσωπήτῳ καὶ ὀξείᾳ δίκῃ τοῦ βίου ἐξέωσε· τίς ἂν αὐτοῦ κόσμος τὸν ζῆλον ἐχώρησεν, εἰ τοῦ δεσποτικοῦ πόθου τὸ φίλτρον ἀλώβητον ὅλως διὰ βίου καὶ καθαρὸν διεσώσατο; οὐκοῦν ὁ κοινὸς σωτὴρ καὶ θεὸς, ἀφίησι τὸν ἕνα πεσεῖν, ἵνα πολλοῖς δι' αὐτοῦ τὰς τῆς συμπαθείας πηγὰς, καὶ τοῦ ἐλέους ἀναβλύζων, ἀπαρύεσθαι τῆς φιλανθρωπίας τὸ πέλαγος ἐπιδείξῃ ἀνεξάντλητον· ἔτι δὲ, καὶ ἵνα ὁ μαθητὴς τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον πλουτουργῶν, εἰς τὴν ἄνωθεν ἔχοι χάριν ἀναφέρειν μᾶλλον, ἢ τῷ ἀνευθύνῳ τοῦ οἰκείου βίου ἐπιγράφειν τῶν κατορθωμάτων τὸ αἴτιον. Ὀξὺ γὰρ θαυματουργία εἰς ὄγκον καὶ φύσημα, τῷ τοῦ συνειδότος ταπεινῷ μὴ καθελκομένη πρὸς τὸ μέτριον. Διὸ καὶ ὁ σωτὴρ φησὶ, μὴ χαίρετε ὅτι τὰ δαιμόνια ὑποτάσσεται ὑμῖν, ἀλλ' ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος πειρασμοῖς τισι παλαίειν ἀφίεται, ἵνα μὴ, ὡς αὐτός φησιν, ὑπεραίρηται καὶ τῶν ἀποκαλύψεων ἡ ὑπερβολὴ, τὰ πάθη παιδαγωγὸν ἐπιφέρουσα, περιστέλλοιτό τε καὶ διακόπτοιτο τὰ σκιρτήματα, οἷς ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ὑποφέρεται πρὸς φυσίωσιν. Εἰ βούλει δὲ, καὶ ἵνα μετὰ ταῦτα τὰς φοβερὰς ἐκείνας ἀπειλὰς, καὶ τοὺς πικροὺς διωγμοὺς, καὶ τὰς μυρίας σφαγὰς ἐν ἀκλονήτῳ φέρων ὁ κορυφαῖος καὶ ἀσαλεύτῳ τῷ φρονήματι, εἰς θαῦμα τῆς ἀποστολικῆς συμμαχίας προσκαλεῖται τοὺς κολάζοντας· κα-

θεράποντας, τὸν ὑπὸ φωνῆς παιδίσκης καταπεσόντα, οὕτως ἀκίνητον πρὸς τοσαῦτα πάθη καθεστάναι· μαθήσῃ δέ τι καὶ διὰ τούτου πρὸς τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον Ἰουδαίους

* ἴσ. σκληρότατος.

* τεταπεινότητος [?]. Καὶ τέταρτον, ὅ μοί γε δοκεῖ λαμπρὸν καὶ μέγα ψυχαγωγίας παράδειγμα· τί τοῦ κορυφαίου λαμπρότερον ταῖς ἐφεξῆς γενεαῖς, ἐπειδὰν τις ἐξασθενήσας ἀλῷ, πρὸς τὰ τέλεια ἀναστηλῶσαι βουλόμενος. Εἰ γὰρ τῶν μαθητῶν ὁ κορυφαῖος μετὰ τηλικαύτας δυνάμεις, ὧν τὰς μὲν ἴδεν, τὰς δὲ καὶ ἐτέλεσε· μετὰ τοσαύτην διδασκαλίαν· μεθ' οὕτω πολλὴν καὶ ποικίλην τοῦ διδασκάλου πεῖραν, τρὶς ἀρνησάμενος, διὰ μετανοίας ὅμως καὶ θερμῶν δακρύων, οὐ τὸ ἁμάρτημα μόνον ἐξέθηκεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ αὐτὸ τῆς ἀποστολῆς ἀξίωμα ἐπανέστρεψεν· οὐ χρὴ ῥαθυμεῖν ἐμὲ καὶ καταπεπτωκότα ἐξ ἀσθενείας ὀλιγωρῆσαι· ἀλλὰ θᾶττον ἀνιστάναι πρὸς μετάνοιαν, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς δεσποτικῆς

* ἴσ. ἐμαυτόν.

χρηστότητος ἐννοοῦντα, ὅλον * ἑαυτὸν ἐν συντριμμῷ καρδίας ἀνατιθέναι τῷ τὰς νόσους ἡμῶν καὶ τὰς ἀσθενείας βαστάσαντι. Διὰ ταῦτα οὖν οἶμαι καὶ τὰ τοιαῦτα, Πέτρος ἁλῶναι συνεχωρήθη τῷ ἁμαρτήματι· ἀλλ' οὐχ ὅτι προεῖπεν τὴν ἄρνησιν ὁ διδάσκαλος, ἀνάγκη τινὶ τῆς προγνώσεως ἐξεβιάσθη πρὸς τὸ ἀτέλεστον· ἐπεὶ οὕτω γε φθάνοις ἂν τῶν φαύλων πράξεων ἁπασῶν τὴν αἰτίαν, ὡς τὴν τῶν ἀγαθῶν πηγὴν ἀναφέρων· προεῖπε γὰρ καὶ Ἰούδα τὴν προδοσίαν· Ἰουδαίων τὴν μιαιφονίαν· καὶ δὴ κἂν μὴ προεῖπεν, ἀλλά γε προέγνω πάντως, ὅτιπερ τῆς δοθείσης ἐντολῆς ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἀντὶ τῆς φυλακῆς προέλοιτ' ἂν τὴν ὑπερορίαν· καὶ τοῦ Κάϊν τὴν ἀδελφοκτονίαν· Φαραὼ τὴν σκληροκαρδίαν, καὶ Σαοὺλ τὴν παρανομίαν· καὶ τί καθ' ἕκαστον λέγω, οὐχ ὅτι καὶ τὰς πόλεις ὅλας, καὶ ἔθνη ὁλόκληρα, αἱ πράξεις αὐτῶν τῇ προγνώσει ὑπέκειντο· Σοδόμων καὶ Γομόρρας αἱ ἀρρητουργίαι· Ἑλλήνων, Αἰγυπτίων, μυρίων συμπάντων βαρβάρων ἐν πολλοῖς χρόνοις αἱ εἰδωλομανίαι· ἀλλά τι ταῦτα; αὐτοῦ τοῦ σπορέως τῶν κακῶν καὶ ἀρχιτέκτονος, καὶ ὅσαι αὐτῷ δυνάμεις τῆς ἄνω συναπερράγησαν λήξεως·

derent eum, qui ad vocem ancillæ dejectus fuerat, adeò immotum contra tot preſſuras conſiſtere: exindéque ad magnum pietatis myſterium Judæos pervicaces impelleret. Eſt & quartum quid, quod mihi videtur illuſtre, & pro ingenti conſolatione exemplum: quid enim præſtantius Coryphæo apud ſuccedentes generationes? cum autem quis infirmitate laborat ad perfectam ſanitatem reverti volens eſt. Si princeps ille diſcipulorum, poſt tot virtutes, quas partim vidit, patravit partim, poſt talem diſciplinam, tantam tam multiplicem de magiſtro experientiam, ter illo abnegato, per pœnitentiam tamen & lachrymas, non modò purgavit peccatum, ſed ad eundem evectus eſt Apoſtolatus apicem: profectò me ignavum eſſe & abjectum non decet, qui lapſus ſum ab infirmitate, ſed cùm ociùs reſurgere per pœnitentiam & recolentem divitias bonitatis Divinæ, totum me cum cordis contritione illi dare qui *morbos & infirmitates noſtras portavit.* Propter iſtas opinor, & conſimiles cauſas permiſſum fuit Petro à peccato apprehendi: non quòd prædixerit magiſter abnegationem, ad actum involuntarium per neceſſitatem præſcientiæ impellebatur: Ità enim præveniendo ferres malorum omnium acceptam cauſam in fontem bonorum omnium Deum: prædixit & Judæ traditionem, & Judæorum animos ſanguinarios: Quin ſi non prædixerat, at prævidit tamen, quòd primus homo pro obſervatione mandati à Deo dati, illius eligeret negligentiam, præſcivit Caïnis fratricidium, Pharaonis obdurationem, Saulis tranſgreſſionem: Et quid ſingula perſequar? per totas civitates, gentes integras, quicquid agitur, cadit ſub præſcientia: Sodomitarum, & Gomorrhæorum infanda flagitia, Græcorum Ægyptiorum, omnium ferè barbararum nationum per multa ſecula Idolomaniæ: ſed unde hæc proficiſcebantur? nimirum, ab illo ſeminatore malorum, & architecto: à poteſtatibus illis, qui à ſedibus cœleſtibus exciderunt:

runt: Ignorabátne inſolentiam damnoſam, & ſupremam malitiam hominum? Si nihil talium ſapientia bonorum operatrix ignorabat, num ideò hominum ſpontaneo motu peccantium, & bona pro malis eligentium reatum abolentes, in eum qui præſcivit ea, tantùm quòd præſcivit, culpam omnem conjiciemus? Aſt ubinam huic ſententię locus? Siquidem intuear ego aliquem in præcipitium apertè delatum, & ex eo mortuum intuear: Si alium evaginato gladio in proximum aliquem furentem videam, occiſum videbo, ſed non ut actor pœnas dabo: Quòd ſi hoc ridiculum ſit, & amentiæ plenum, quomodo non audax furor cenſebitur, cùm culpam debeant, qui id patrarunt, mali alicujus cauſâ ad divinam attrahere præſcientiam? ſin præſcientia vacet culpâ, an prædictio reatu teneri poterit? Non ideò fit aliquid quòd præſcitur & prævidetur, ſed quia ſpontaneo motu facturi fuerant, quæ facere non deberent homines; ea minimè latere poſſunt omnia permeantem & retegentem Dei oculum. Quocirca & beatus Petrus, non quia prædixit Dominus, abnegavit eum, ſed quoniam exorbitare per abnegationem volebat, ideò magiſter ejus id præſcivit & prædixit palam.

ἆρ' ἠγνόει τὴν ἀλαζονείαν καὶ τὴν ἐπιβλαβῆ, τῶν ἀνθρώπων ἀνυπέρβλητον αὐτῶν μοχθηρίαν; τί οὖν, ἐπεὶ μηδὲν μηδὲ τῶν τοιούτων ἡ ἀγαθουργὸς ἠγνόει σοφία, ἆρα διὰ τοῦτο, τῶν ἐθελοκάκῳ γνώμῃ τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἀλλαξαμένων ἀφελόντες τὸ ὑπεύθυνον, τοῦ προεγνωκότος καταγνωσόμεθα; καὶ ποῦ τοῦτο χώραν ἔχει; εἰ γὰρ ἐγώ τινα φερόμενον ἐπὶ κρημνὸν ἰδὼν, ἔπειτα τὸν ὄλεθρον διαγνοίην· ἢ ξίφος ἀνασπώμενον κατὰ τοῦ πλησίον, οὐκ ἀγνοήσω τὸν φόνον· ἆρ' ἀντὶ τοῦ δεδρακότος ἐγὼ τὴν δίκην ὑπέχειν δίκαιός εἰμι· εἰ δὲ γέλως τοῦτο καὶ παράνοια, πῶς οὐ μανία καὶ τόλμα ἀντὶ τοῦ δίκας ἀπαιτεῖν, τοὺς αἰτίους τῶν φαύλων πράξεων, τὴν δυσφημίαν μεθέλκειν κατὰ τῆς θείας προγνώσεως; Εἰ δ' ἡ πρόγνωσις τῶν ὑπαιτίων ἀνεύθυνος, ἆρα πρόρρησις ἔνοχος; οὐ γὰρ διότι προέγνωσται ἢ προείρηται, διὰ τοῦτο διαπέπρακται, ἀλλ' ἐπεὶ αὐθαιρέτῳ κρίσει πράξειν ἔμελλον ἃ μὴ ὄφειλον, τὸ ἀλάθητον καὶ πανεπίσκοπον ὄμμα τοῦ θεοῦ * λαβεῖν οὐκ εἶχον τὸ δυνάσθαι. Διὰ τοῦτο τοιγαροῦν καὶ ὁ μακάριος Πέτρος, οὐχ ὅτι προεῖπεν ὁ δεσπότης, ἠρνήσατο, ἀλλ' ὅτι προωλισθαίνειν τῇ ἀρνήσει ἔμελλε, καὶ προγνώσει τῷ διδασκάλῳ καὶ προανακηρύττεται.

* ἴσ. λαθεῖν.

Epiſt. 179.

Zachariæ Metropol. Chalcedonis

MIſi tibi amaram potionem, præparatione confectionéque novam, ſtomacho inſervientem roborando; ab eadem arte quâ prius profectam, ſed tempore antiquiorem. Horum medicamentorum prius manè recipies cum tertia parte ejus quod unà mittitur, ſumatur in aqua tepida aut melicrato, prout alterutrum magis ferre poſsis: & poſt amari illius medicamenti potionem, ſumas alterum licet per menſem integram continuatam, uſq; ad nucis Ponticæ quantitatem, ternis porrò bolis diſtributum ſumito. Illam ante ſolis exortum, alteram ad occaſum ſolis poſt cœnam, ſtomachi cacexiam itá in meliùs reformabis, & aurium dolorem ſedabis. Non poſſum tibi pro-

Ἐπιστ. ροθ'.

Ζαχαρίᾳ μητροπολίτῃ Χαλκηδόνος.

ἜΠεμψά σοι πικρὰν, τήν τε κατασκευὴν καὶ τῇ ἐπινοίᾳ νεὰν καὶ βοήθημα στομάχικον, τέχνης μὲν τῆς αὐτῆς, ἡλικίας δὲ πρεσβυτέρας. τούτων τὴν μὲν, ὑπὸ ἡμέραν ὄρθρου προσφερόμενος κατὰ τριτημόριον τοῦ σταλέντος, ὕδατι χλιαρῷ, ἢ καὶ μελικράτῳ, ὡς ἂν ᾖ σοι ἀλυπότερον· τὸ δὲ, μετὰ τὴν τῆς πικρᾶς πόσιν, καθ' ὅλον ἡμερῶν μῆνα, ποντικοῦ καρύου κατὰ μέγεθος, εἰς τρία τῷ πλήθει λαμβάνων· τὰ μὲν, ἡλιακῶν ἀνιόντων προσαίτερον· τὸ δὲ λοιπὸν, δυομένου καὶ ἐπιδείπνιον· τήν τε στομαχικὴν καχεξίαν ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἕξεις μεθηρμοσμένην σοι, καὶ τὴν τῶν ὤτων προσωδυνίαν οὐκ ἂν δὲ φαίην εἰς ἀπαλλαγὴν παντελῆ

ἐπιχεῖ τι· γὰρ θεραπεία χρονιωτέρων ἐπιτείνεται νοσημάτων, καὶ ὥσπερ πανταχοῦ, οὕτω μάλιστα ταῖς ἰατρικαῖς ὑποσχέσεσι νεμεσητὸν τὸ ὑπέρογκον. Ἀλλ' οὖν τῆς ἄνω ῥοπῆς, εἰς εὐμάθειαν ὁρώσης, εἰς πολὺ ῥᾷστα συγκαθισταμένην σοι διάθεσιν.

Ἐπιστ. ρπ'.

Κωνσταντίνῳ Σπαθαρίῳ.

John 5. 31.
Σύντομόν σοι τῆς ἀπορίας τὴν λύσιν ἐρῶ· τὸ μὲν ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής· ἀνάγνωσον κατ' ἐρώτησιν, δι' ἧς, περιάπτων, ὁ σωτὴρ τὴν τῶν Ἰουδαίων ὑπό-
Joh. 8. 14.
ληψιν ἐλέγχει καὶ διακρούεται· τὸ δέ, κἂν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστι· τὴν ἰδίαν τιθέντα ψῆφον, καὶ ἀποφαινόμενον εἰπεῖν τὸν δεσπότην νόμιζε, καὶ παρείσδυσιν οὐκ ἕξει τῆς ἀπορίας ἡ πρόφασις· ἢ εἰ βούλει, (οὐκ ἄπορον γὰρ εἰς ἐπιλύσεις τῆς ἀληθείας ἡ δύναμις) ἐπειδὴ διπλοῦς ἦν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, τὸ μέν, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής· νόμῳ φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης, ὥσπερ
* ἰσοδρομοῦσι.
καὶ πολλὰ ἕτερα, * διαληψόμεθα· οὐδεὶς γὰρ ἀνθρώπων εἰς τὴν αὐτὸς αὑτοῦ μαρτυρίαν ἀξιόπιστος· τὸ δέ, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ἀξιώματι καὶ ἐξουσίᾳ τῆς θεότητος· ἀπροσδεὴς γὰρ ἡ πάντων ἀνωτάτω φύσις, καὶ πάντων δεσπότης, τῆς ἑτέρωθεν μαρτυρίας καὶ βεβαιώσεως, οὐκ οἴκοθεν μόνον προβαλλομένη τὸ αὐτόπιστον, ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς τὸ πιστὸν προσγίνεται, ὥσπερ πηγὴ ὑποστάσεως καὶ ὑπάρξεως, οὕτω δὲ καὶ ἀξιοπιστίας ὑπάρχουσα. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὡς κατ' ἐπιτομὴν ἱκανῶς ἔχειν οἶμαι· εἰσὶ δὲ καὶ τῶν εἰρημένων εἰς πλάτος μᾶλλον ἀποτεινόμεναι τῶν προκειμένων λύσεις οὐκ ὀλίγαι· αἷς ὅτι ταῖς πατρικαῖς ὁμιλοῦντι βίβλοις ῥᾷον ἐστὶν ἐντυ-
Joh. 8. 54.
χεῖν, καὶ οὐδεμίαν ἀνάγκην ὁρῶ τοῖς ἑτέρων φροντίσιν ἐμαυτοῦ συναπαρτίζειν τὸ ῥᾷον ἑκὼν νῦν ἀφίημι. Εἰδέναι μέντοι δεῖ, ὅτι καὶ τό, ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν,

mittere totalem ſanationem: nam morbi inveterari vix ad tempus breve ſanantur. Atque ut alibi, ità imprimis in promiſsionibus medicamentalibus id quod turgeſcit reprobandum: ſed Divino facilè adſpirante auxilio mitigatum magìs ſtatum conſequeris & habitudinem.

Epiſt. 180.

Conſtantino Spathario.

EXpeditam quæſtionis tuæ ſolutionem dabo. *Si ego teſtimonium mihi de me perhibeo, teſtimonium meum verum non eſt*: Lege per interrogationem: per iſtud Servator Judæorum ſuſpicionem redarguit & refellit. Eſt autem, *Etiamſi de meipſo teſtimonium fero, teſtimonium meum verum eſt.* Cogita Dominum hoc in loco propriam ſuam ſententiam ponere ac pronunciare: & prætextus ille dubitationis acceſſum non admittit: aut ſi tu mavis (difficulter enim ſuppetit facultas ad omnium dubitationum ſolutiones) dupliciter conſtitutus erat Dominus noſter Jeſus Chriſtus, è Deitate nimirum, & humanitate. Illud dictum, *Si teſtimonium ego perh beo*, &c. ſecundùm leges humanæ naturæ intelligendum, quomodo & multa inſuper alia ſuſcipiemus. Nemo enim hominum de ſeipſo ferens teſtimonium teſtis fide dignus eſt: at *ſi ego teſtimonium de me perhibeo*, &c. ſecundùm dignitatem & potentiam Deitatis. Nullius enim indiget ſuprema omnium Natura & Dominus vel teſtimonii vel confirmationis aliunde; utpote quę ab intus & è domo fidem ſibi adhibendam procurat; ſed ulteriùs aliis omnibns quibus fides adhibetur, tanquam fons exiſtendæ & ſubſiſtendæ fidei eſt ac origo. Et hęc ſufficere tanquam per epitomen ſublecta crediderim. Sunt præterea non paucę ſolutiones antedictorum, quæ magìs dilatantur, in quas facilè tu, qui Patrum lectioni aſſuefis, incidere poſſis; nec ullam perſpicio neceſſitatem, cur ego ab aliorum inventis aſtruam mihimet facilitatem, libens ergò omittam. Sciendum porrò tamen eſt, quòd effatum illud, *Si glorifico meip-*

ſum

ſum, gloria mea nihil eſt: vel per interrogationem legendum, aut ſecundùm leges quæ congruunt humanæ naturæ intelligendum. Atque ità non erit, cur ab ullis quæſtionibus circumagamur.

ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν· ἢ διὰ τῆς κατ' ἐρώτησιν ἀναγνώσεως, ἢ κατὰ τοὺς προσήκοντας νόμους τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὸ ῥητὸν ἐκλαβεῖν ἐξακούοντες εἰς οὐδεμίαν ἂν συζήτησιν περιελκυσθείημεν.

NOTÆ.

QUæſitum fuit annon dictum Servatoris, Joan. 5. 31. contrarietur dicto ejuſdem, Joan. 8. 14. *Teſtimonium meum eſt verum, & non eſt verum.* Huic variè reſpondet Photius & illud imprimis ἀποδεικνὺς ὅτι ὁ κύριος, hoc eſt, ut ait Cyrillus Hieroſolymi: *πάντα διπλᾶ περὶ τοῦ κυρίου*, ratione Deitatis & Humanitatis.

Epiſt. 181.

Eulampio Epiſcopo & Sceuophylaci.

IN Domino illo pronunciato, *Quò ego vado intelligitis, & viam noſtis;* nulla inconſequentia reperitur, vel contrarietas in diſcipuli ſubloquio, *Domine, non novimus quò vadis, & quomodo viam cognoſcere poterimus?* Non enim id ſimpliciter, non indefinitè dicitur, nec ſine præcedente quodam argumento: Habet enim quid præcedens cui ſubnectitur, nimirum illud, *Rurſus reveniam, & aſſumam vos ad me.* Hoc ubi dixerat, annectit per *Ἵνα*, tanquam cauſam aſſumptionis tripliciter diſtributam: Primò, ut diſcipuli, ubi magiſter, conſiſtant, ut cognoſcant quò vadit; & ut intelligant viam: Ait enim, *Rurſus veniam, & aſſumam vos ad me:* Cur ità? nimirum, *ut ubi ego ſum, & vos ſitis: & quò vadam ſcitis, & viam ſcitis.* *Ἵνα*, ut frequenter fit, tribus illis cauſis communicato. Igitur, viam ſcire, & quò vadit, ait, haud dum iis cognitum: ut nec quòd in cœlis cum eo verſabuntur: ſed hæc ſepoſita eſſe ipſis præmia ad tempus reverſionis. Tria ſunt igitur quæ diſcipulis ſuis pollicetur in reditu. Thomas magnitudinem promiſſorum admiratus, & excellentiam, utpote qui nè minima planè comprehendere poterat, probabiliter addubitat quomodo majoribus perfruentur. Nam omnino minus eſt ſimpliciter ſcire ubi aliquid eſt, quàm viam eò tendentem tenere: & hoc etiam minus quàm illud in quæ-

Ἐπιστ. ρπα'.

Εὐλαμπίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ καὶ Σκευοφύλακι.

ΤΗ͂ι δεσποτικῇ φωνῇ τῇ λεγούσῃ, Ὅπου ὑπάγω ἐγὼ οἴδατε, καὶ τὴν ὁδὸν οἴδατε· οὐκ ἀνακόλουθος οὐδὲ ταναντία φθέγγεται ἡ τοῦ μαθητοῦ ὑποφώνησις· Κύριε, οὐκ οἴδαμεν ποῦ ὑπάγεις· καὶ, πῶς δυνάμεθα τὴν ὁδὸν γνῶναι; Οὐ γὰρ ἁπλῶς, οὐδ' ἀπολύτως τοῦτο, οὐδὲ χωρίς τινος προηγουμένης ὑποθέσεως, εἴρηται· ἀλλ' ἔχει προηγούμενον, ᾧ καὶ συνέπεται, τὸ, Πάλιν ἔρχομαι καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς· τοῦτο γὰρ εἰπὼν, ἐπισυνάπτει διὰ τοῦ, Ἵνα, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς παραλήψεως εἰς τρία ταῦτα διελὼν αὐτήν· Εἰς τι τὸ εἶναι τοὺς μαθητὰς, ἔνθα καὶ ὁ διδάσκαλος· καὶ εἰς τὸ εἰδέναι ὅπου ὑπάγει· καὶ εἰς τὸ τὴν ὁδὸν εἰδέναι. Φησὶ γὰρ, πάλιν ἔρχομαι καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν. Διὰ τί; ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε· καὶ ἵνα ὅπου ὑπάγω οἴδατε, καὶ ἵνα τὴν ὁδὸν οἴδατε· τοῦ Ἵνα, δηλονότι ταῖς τρισὶν αἰτίαις, ὡς πολλάκις εἴωθε, κοινοποιουμένου. Οὐκοῦν τὸ, εἰδέναι τὴν ὁδὸν καὶ τὸ ὅπου ὑπάγει, οὔπω ἔλεγεν αὐτοῖς παρεῖναι· ὥσπερ οὐδὲ τὸ, εἰς οὐρανοὺς αὐτῷ συνεῖναι· ἀλλ' εἰς τὸν τοῦ ἐπανέρχεσθαι καιρὸν, καὶ παραλαμβάνειν αὐτοὺς, ταμιεύεσθαι αὐτοῖς ταῦτα. Τριῶν οὖν τοῖς μαθηταῖς, κατὰ τὴν ἐπάνοδον, ὑπισχομένων· ἀποθαυμάζων ὁ Θωμᾶς τὸ μέγεθος τῆς ὑποσχέσεως, καὶ τὴν ὑπεροχὴν, ἅτε δὴ μηδὲ τοῦ ἐλάττονος

ἐπηγγελμένον, ἅτε δὴ μηδὲ τοῦ ἐλάττονος ὑποβατοῦ πῶς ἐν μεθέξει γένοιντο τῆς μείζονος· ἔλαττον γὰρ τὸ εἰδέναι ἁπλῶς πῦ τοῦτο πάλιν, τοῦ ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ ζητουμένῳ τόπῳ

τόπῳ διατελεῖν. Ἀκόλουθος οὖν ἡ τοῦ μαθητοῦ διαμφισβήτησις, καὶ οὐδὲν τῇ διδασκαλικῇ φωνῇ μάχεται. Οὐ γὰρ ἐκείνους τὴν ὁδὸν αὐτοὺς ἤδη ἔφησεν εἰδέναι, ἢ ὅπου ὑπάγει, ἢ τὸ ἐν οὐρανοῖς αὐτῷ συνεῖναι· ἀλλ' ἔσεσθαι αὐτοῖς ταῦτα, ἐπειδὰν αὐτοῦ μὲν ἡ ἐπάνοδος, ἐκείνων δὲ διασαφηθείη ἡ πρόσληψις. Ἐπάνοδος δ' ἂν εἴη τοῦ δεσπότου, ἡ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν τελεσθεῖσα τοῖς μαθηταῖς ἐπιφάνεια· καθ' ἣν θεὸν αὐτὸν ἀληθῶς ἀπεγνωκότες, τήν τε ὁδὸν, καὶ οὗ πορεύεται, ἔμαθον, καὶ ὅτι συνέσονται αὐτῷ ἐν ἀδιηγήτοις ἀγαθοῖς, οὐκέτι δισταγμὸν εἶχον, ἀλλ' ὡς συνόντες ἤδη ταῖς ἐλπίσιν ἔχαιρον. Ἢ οὖν τοῦτο δηλοῖ τὸ, πάλιν ἔρχομαι, καὶ ἑξῆς· ἢ κατὰ τὴν δευτέραν αὐτοῦ καὶ φρικτὴν παρουσίαν ἐπάνοδον· ὅτε καὶ τὴν ὁδὸν, καὶ τὸν μακάριον ἐκεῖνον χῶρον, καὶ τὴν ἐν αὐτῷ τὴν ἀπόλαυσιν, διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ἀϊδίως εἴσονται.

fito loco acquieſcere. Conſequenter eapropter diſcipulus dubitat, nec conſiſtit ad oppoſitum vox informantis. Non enim affirmat viam illos adhuc tenere, vel quò vadit; vel converſationem cum eo in cœlis; ſed futurum olim, hæc ipſis innoteſcant, cùm revertetur ipſe, & aſſumptio illorum confirmabitur. Eſt autem regreſſus ille ſacerdotis, poſt crucem & reſurrectionem perfecta apud diſcipulos apparentia: cùm Deum planiſſimè illum agnoſcentes, & viam dedicerint & quò vadit: & quòd cum ipſo manſuri ſint in fruitione bonorum inenarrabilium; nec diſtractionem hîc ullam patiebantur, ſed non aliter quàm ſi jam cum eo ibi verſarentur, ità per ſpem lætificabantur. Omnino certè vel hoc vult illud, *Rurſus venio*, &c. vel regreſſum intelligit in ſecundo ipſius & formidabili adventu, cùm & locum illum beatum & viam, & oblectationem in eodem, per æternum habituri ſint experientiam.

Ἐπιστ. ρπβ'.

Τῷ αὐτῷ.

Ὅτε εἰς ἀπορίαν λογισμῶν κατέστη ὁ Ἰωσὴφ, τότε ὁ ἄγγελος ἐπέστη λύων τὴν ἔριν τῶν λογισμῶν· ὅτι γὰρ διηπορεῖτο περὶ τῷ τόκῳ, καὶ ἀμηχανίας ὅλος ἐγένετο, δῆλον ἐξ ὧν διενοεῖτο, καὶ ὅσον οὔπω πράξειν ἔμελλεν· ἐβουλήθη γὰρ, φησι, λάθρα αὐτὴν ἀπολῦσαι· οὐκ ἂν οὔτε λάθρα, οὔτε ὅλως ἐκπέμψαι διανοηθεὶς, εἰ νόθης γονῆς τὸν ὄγκον ἐπέπειστο τῆς γαστρός· νόμῳ δὴ καὶ τιμωρίᾳ, δικαιοσύνης ὢν μάλιστα ἐραστὴς θᾶττον ἂν παρεδίδου τὸ τόλμημα· ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἐπέπειστο· ἥ τε γὰρ ἀνυπέρβλητος ἀρετὴ τῆς μνηστευθείσης, καὶ ἡ πρέπουσα φυλακὴ τοῦ μνηστῆρος πᾶσαν ἀπετείχιζεν ὑποψίαν οὐκ εὐαγῆ· οὐδὲ ἐκεῖνο δὲ πάλιν συνιέναι εἶχεν, ὡς ἐκ θείας ἐνεργείας ἡ κύησις ἦν· ὑπὲρ ἔννοιαν γὰρ ἀνθρωπίνην ἐχρημάτιζεν ἡ πρᾶξις· διὸ τοῖς λογισμοῖς ἐκυμαίνετο, καὶ τί ἂν διηπορεῖτο πράξαμενος, τὰ ἀρεστὰ πράξοι τῷ θεῷ· ὅτε γοῦν τούτοις ἐκλονεῖτο τοῖς λογισμοῖς, τότε λύσιν ἐπιφέρων ἄγγελον ἀφῆ-

Epiſt. 182.

Eidem.

CUm Joſeph cogitationibus inextricabilibus diſtraheretur, affuit præſtò Angelus illarum diſcordiam ſedaturus. Cùm enim de partu dubitaret, atque totus incertitudine laboraret, è cogitatis ſatis patet, quid acturus parturiret. *Cogitabat autem clanculum dimittere illam:* Quin nec clam nec omnino illam dimiſiſſet, ſi tumorem illum uteri de adulrerio procuratum ſuſpicatus fuiſſet. Cùm enim eſſet juſtitiæ cum primis amator ad leges & ſupplicium illum tranſcripſiſſet propter illud flagitium. Nequaquam verò ſibi hoc perſuaſerat, cùm eſſet incredibilis deſponſatæ virtus: & proci congruens cuſtodia, pravam omnem ſuſpicionem excludebat, ſed nec intelligere poterar, quòd conceptio à Divina operatione erat: tranſcendebat humanam omnem cogitationem illa actio: fluctuabat igitur cogitabundus, qnid facere deberet, unde placeret Deo; Cùm hujuſmodi volveret turbatus cogitationes, Ange-

lum

ſum in rem præſentem amandavit Deus, qui miraculosè tumorem illum in virgineo utero miniſter fecerat, ut in illis Joſephum conſtabiliret, in quibus ſtabilis omnino perſiſtere debuit. Ait ergò, *Ne timeas accipere, &c.* Tu, inquiens, *ſecretò ſtatuiſti apud animum dimittere virginem*, veritus illam detinere, quæ ab ignoto impregnatur: Ego te jubeo, illam ad te aſſumere: *Nam quod in ipſa generatur, de Spiritu Sancto eſt*: nec tantummodo immunem à culpa pregnantem ſtatuit, ſed gloriâ eam & dignitate ultra humanam naturam replet: quia mundi totius ſervatorem & redemptorem gignit: Opportunè quocirca Angelus & non priùs apparuit Joſeph, tum cùm cogitationes ambiguæ diſtractas illi redderent cogitationes, cùm enim vehementiùs attolluntur fluctus, tranquillitas eſt exoptatiſſima. In eo quod dicit, *Uxorem tuam*, intendit illam nulli addictam: nec viſum nec cogitationem aliorſum impendiſſe, ſed uxoris ſtatum integrum & inviolatum cuſtodiſſe docet, ità ut nec animo violaverit leges ſponſalium. Uxores porro dicere ab antiquo uſu eſt, quas vinculum ſponſale ſolum colligavit, licet congreſſus lege non ſervatur.

Epiſt. 182.

occultis inimicis, undique circumſiſtunt mala, mittuntur in nos jacula, in libertos; Tragœdiis ſcena ſimus, chorum in nos ſaltant luctus, dolor, triſtitia, vultus dejectio, omnis planè malorum Erinnys: Clotho, neſcio quæ, ut videtur, chorum in nos ducit, fuſus & infelices illius glomi vitam noſtram actibus innectunt, & argumenta miniſtrant tragicorum modorum acerbis choreutis. Sed quid mihi accidit? quo ego feror? qui inſtitueram conſolationem ſcribere, neſcio quo pacto, luctu una abreptus, cùm non valeret ratio, contra curſum mali in contrarium obnixi, quò nollem delatus ſum; & ſolatii ſermonem exorſurus, ad lachrymas plangentium abripiebar: Sed revertar ad meipſum; nec mœroris profundo immergar: multos dolor peſſundedit, non modo corpus deſtruens, ſed lethaliter ipſam animam vulnerans: Hoſtibus ne gratificemur; oblectat hoſtes noſtra dejectio injuriis affectorum: Nè committamus in paterna fortitudinis certamina: Videtunt illi liberorum mortes, mortes non ejuſmodi noſtræ ſunt, Deus avertat: Horum proles ignis, aqua, lacus diviſerunt; exilium acerbiſſimum & intollerandum incubuit; omnibus amicis, & affinibus deſtituti erant: Nihil denique non auferebatur, quod tantillum ſolatii afferre poſſet; & tamen gratias agentes tulere, & tamen ſupernum numen venerabantur; quod res humanas, ultra hominum cogitationes gubernaret. Cogitemus, qui ſumus: unde orti, non è mortalibus mortales? nonne è non exiſtentibus, mox futuri ipſi quod non ſumus? ubi Pater? ubi mea mater? an non poſtquam pauxillum in hac vitæ ſcena colluſerant, niſi quod Martyrum illos corona & patientiæ cohoneſtabat, quantocius theatro exceſſerunt? Reges autem & Tyranni, ſupercilio, & tumore immortales, annon cùm ſuis poteſtatibus morte ſubmerſi ſunt? Natura omnis humana, utcunque potentiâ fruatur, licet privati, ſenes, juvenes,

πληγαὶ ἐξ ἀδήλων μηχανημάτων· πανταχόθεν ἔστηκε τὰ δεινά· τὰ βέλη φέρεται εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, εἰς παῖδας· γεγόναμεν σκηνὴ τραγῳδίας, καὶ χορεύουσιν ἡμῖν θρῆνος καὶ πένθος καὶ λύπη καὶ κατήφεια, καὶ πᾶσα κακῶν ἐριννύς· συνάγει δ' ἄρα, ὡς ἔοικε, τὸν καθ' ἡμῶν χορὸν Κλωθώ τις καὶ * ἄτρακτοι καὶ τὰ δυστυχῆ ταύτης νήματα, τόν τε ἡμέτερον βίον τοῖς δράμασι διαπλέκουσα, καὶ χορηγοῦσα τὰς ὑποθέσεις τῶν τραγικῶν ᾀσμάτων τοῖς πικροῖς χορευταῖς. Ἀλλὰ τί ἔπαθον; ποῖ φέρομαι; γράφειν ἀρξάμενος παραμύθιον, αὐτὸς, οὐκ οἶδ' ὅπως, τῷ πένθει συναρπασθεὶς, οὐκ ἀντισχόντων τῶν λογισμῶν πρὸς τὴν φορὰν τοῦ δεινοῦ, εἰς τοὐναντίον, ὧν ἐσκόπουν, περιτύπτω· καὶ παραψυχῆς εἰσηγούμενος λόγον, εἰς τὰ τῶν ὀδυρομένων ἀπηνέχθην δάκρυα· ἀλλὰ γενώμεθα ἡμῶν αὐτῶν, μηδὲ τῷ βυθῷ τῆς λύπης βαπτιζώμεθα· πολλοὺς ἀπώλεσεν λύπη, οὐ σῶμα μόνον διαφθείρασα, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς αὐτῆς λυμηναμένη τὰ καίρια· μηδὲ τοῖς ἐχθροῖς χαριζώμεθα· μέγα γὰρ ἐχθροῖς εἰς θυμηδίαν, ἡ κατήφεια τῶν ἐπηρεαζομένων· μηδ' εἰς τοὺς πατρικοὺς τῆς καρτερίας ἐξυβρίζωμεν ἄθλους. Εἶδον ἐκεῖνοι θανάτους παίδων· θανάτους, οὐχ οἷοι παρ' ἡμῖν, μηδὲ γένοιτο· τούτων τὰ ἔκγονα, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ λάκκος ἐμερίζετο, καὶ τό τε πικρᾶς καὶ βαρείας τῆς ὑπερορίας ἐπικειμένης, καὶ πάσης ἐρημίας φίλων συγγενῶν περιεστηκυίας, καὶ πάντων ἁπλῶς ὅσα ψυχαγωγίαν τινὰ φέρει περιῃρημένων· ἀλλ' εὐχαρίστως ἤνεγκαν· ἀλλ' ἐδόξασαν τὸν * κρείττονα ἢ κατὰ λογισμοὺς ἀνθρώπων, τὰ ἀνθρώπινα διακυβερνῶντα. Ἐννοήσωμεν τίνες ἐσμέν· πόθεν γεγόναμεν; οὐκ ἐκ θνητῶν θνητοί; οὐχὶ ἐξ οὐκ ὄντων μετ' ὀλίγον οὐκ ἐσόμενοι; ποῦ μοι πατήρ; ποῦ δέ μοι μήτηρ; οὐχὶ μικρὰ τῷ [illegible] προσπαίξαντες· πλὴν ὅσα μαρτυρικὸς αὐτοὺς καὶ τῆς ὑπομονῆς διεκόσμει στέφανος θᾶττον λιπόντες τὸ θέατρον ᾤχοντο· οἱ δὲ βασιλεῖς καὶ τύραννοι, οἱ τῷ φρυάγματι καὶ ταῖς ὀφρύσιν ἀθάνατοι, οὐχὶ τῷ θανάτῳ δυναστείαις αὐταῖς καταδέδυνται; πᾶσα φύσις ἀνθρώπων, κἂν ἐξουσιάζουσα ᾖ, κἂν ἰδιῶτις, κἂν γερόντων,

* Ἄτροποι.

* ἴσ. θεὸν.

καὶ νέων, καὶ ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, θανάτῳ πάντως τέμνεται τοῦ βίου καὶ οὐδεὶς ὃ μὴ διαφύγῃ τὸ ἐκείνου δρέπανον· οὐδὲν καινὸν· οὐδὲ παράδοξον· οὐδὲ τῆς φύσεως ὑπέστη μὲν ὑπερόριον· θνητὴ προεληλύθει ἐκ σπλάγχνων θνητῶν καὶ τῷ θνητῷ βίῳ νόμῳ φύσεως λειτουργήσασα, τῷ αὐτῷ τῆς φύσεως νόμῳ πρὸς τὴν ἀθάνατον πολιτείαν ἀπεδήμησεν· οὐκ ἔλιπε παῖδας ὀδυρομένους ὀρφανίαν· οὐκ ἀπῆλθε τὸν περὶ τὰ ἔκγονα πόνον πικρότερον τοῦ θανάτου συνεπιφέρουσα κέντρον· οὐκ ἔλαβε πολλὴν πεῖραν τῶν ἀνιαρῶν· οὐκ ἐζήτησε θάνατον, οὗ πολλοὶ πολλάκις συμφοραῖς ἀφύκτοις * περισχεθέντες ἐπεθύμησαν· γονεῦσι προσομιλοῦσα τῆς ζάλης ἐξῆλθε τῶν προσκαίρων· χερσὶ μητρικαῖς ἀπῆλθεν ὑπηρετουμένη· χερσὶ τεκόντων ἐναπέθετο τὸ πνεῦμα· ἐκηδεύθη τὸ σῶμα· παρεδόθη τάφῳ, καλοῖς ἐνταφίοις εὐσεβείᾳ καὶ σωφροσύνῃ καὶ πολλῶν εὐχαῖς ἐλεημόνων προπεμπομένη· ἀπῆλθεν εἰς χῶρον, ἐξ οὗ πᾶσα λύπη καὶ στεναγμὸς ἀπελήλαται· τί πλέον ἔδει; εἰς τοὐναντίον μοι τρέπει τὸ ἄλγος, τὰ περὶ τὸ μακάριον ἐκεῖνο θυγάτριον οἰκονομηθέντα· καὶ μακαρίζω ταύτην τῆς ἀποδημίας· καὶ τὸν θρῆνον εἰς δόξαν θεοῦ μεταβάλλω, καὶ τὴν ἀμηχανίαν εἰς εὐχαριστίαν, οὕτως αἰσίως καὶ ὡς ἄν τις μόλις εὔξαιτο ἀπηλλαγμένην ὁρῶν τῶν παρόντων. Ἀλλ' οὐ πολὺν ἐπεβίω χρόνον· καὶ τί διαφέρει ἄντε πλείους, ἄντε ἐλάττους τὴν ζωὴν ἡμῶν διαμερίσωσιν ἡμέραι, ὅτε καὶ τὸ πλεῖον καὶ τὸ ἔλαττον, εἰς τὰς αὐτὰς τοῦ θανάτου πύλας διαβιβάζει; οὐδεὶς ἥδεται τοῖς παρελθοῦσι, τὸ μέλλον οὐκ ἔστι, τὸ παρὸν ἐν ᾧ ἄν τις καὶ τὸ ἥδεσθαι θείη παντελῶς ἀκαριαῖον· ὥστε καὶ ὁ μακρὸς καὶ βραχὺς τοῦ βίου χρόνος, τῷ παρόντι μόνον τὴν αἴσθησιν τῶν ἡδέων περικλείων, εἰς ἴσην καὶ ὁμοίαν ἀπόλαυσιν, τόν τε εἰς γῆρας βαθύνοντα, καὶ τὸν ἐνακμάζοντα τῇ νεότητι, συνάγει· ἑκατέρου μὲν τὴν αἴσθησιν τῇ παρούσῃ τέρψει διαπλανῶν· οὐδενὸς δὲ, οὔτε τῶν παρεληλυθότων οὔτε τῶν μελλόντων, οὐδεμιᾶς ἡδονῆς, οὐδ' ἑτέρῳ μετέχειν ἐνδιδοὺς οὕτως ἀδιάφορον πολὺ ἢ ὀλίγον χρόνον ἐμβιῶναι·

* περιτυχόντες

viri, mulieres, per mortem de vita tollitur, nec eſt quod ejus falcem evitare queat: Novum non eſt, aut paradoxum, quòd naturæ exilio ſubjiciamur, mortalis illa prodiit è viſceribus mortalibus, & vitæ mortali ubi juxta legem naturalem inſerviſſet, per eandem legem ad immortalem ſtatum peregrinatur: Liberos haud reliquit orphaniam gementes ſuam; non exceſſit unà ſecum deſiderium circa prolem aſportans morte acerbiorem ſtimulum, experientiam miſeriarum multiplicem non habuit, mortem non quæſivit, quam multi multoties malis inevitabilibus oppreſſi optârunt, cum parentibus verſata à temporali procella exiit, exiit miniſterio maternatum manuum, in manibus parentum emiſit ſpiritum: Curabatur corpus, mandabatur ſepulchro faſciis tumularibus egregiis involuto pietate & modeſtia, multorum miſeranrium precibus comitata in regionem abiit, unde exulat luctus & gemitus univerſim: Et quid ultra deſiderari poteſt? In contrarium dolorem me adigunt, quæ circa beatam illam filiam ruam admiſtrabantur; exceſſum hunc illius felicem prædico; luctum in Dei gloriam muto, infortunium in gratiarum actionem: cùm tam feliciter, ità ut vix optares, videam præſentibus liberatam: Verùm haud ità diu in vita fuit; quid intereſt ſi plures, an pauciores dies vitam noſtram dividant; cùm minùs & magis in eaſdem mortis portas nos tranſmittant? Præteritis nemo delectatur; quod futurum eſt, nondum eſt; præſens, in quo omnis oblectatio, momentaneum eſt: Longum ergò vitæ, & breve tempus, cùm delectamentum præſenti tantùm circumſcribat, unâ & eadem fruitione illum, qui longævam attigit ſenectutem, & qui juventa floret, conſtringit; utriuſque ſenſum oblectamento præſenti errabundè definiens; nullius autem vel è præteritis, aut futuris, voluptate gaudere cui vis permittens, adeò res indifferens eſt, longo vel brevi ſpatio ſupereſſe: Imò

potiùs

potiùs haud eſt indifferens; ſi enim à maculis nemo prorſus eſt immunis, quod & dicto & facto confirmatum videmus, nè ſi viia ejus ſit unius diei, certè qui & abbreviato magis tempore iſtius vitæ exuit tabernacnlum luteum, cum paucioribus corporis ſordibus hinc excedit: Quocirca qui luget illius obitum, eò quòd à præſentibus tam citò liberatur, eò quòd minus macularum participavit, polluentium lachrymas fundit, & inter calamitates computat, quòd ſplendidior ſponſo præſentetur: Sed exceſſit ante tempus; Quin hanc ego vocem nullus audiam, dictu audacem, cogitatu audaciorem: Ante tempus, ais? Cùm naſceretur, cur non dicitur ante tempus in lucem edita? Naſcebatur de Divino nutu & tempeſtivè: An noſmet nos ſtatuemus arbitros de tempore, quo ad conditorem hinc abibit? An non ille opifex produxit in tempore, ad ſe aſſumet neſciens opportunum tempus? de gutta in carnem ſolidavit, in utero formavit, in lucem produxit, ab infantia ad ætatem puerilem cuſtodivit, ad thalamum, ad perfectam ætatem, ecquid horum intempeſtivè? ut cùm in æternum vitam permutat, tum ſolum agit intempeſtivè? ſit longè à lingua pietatem meditante hæc blaſphemia, longè ab animo moderaro; dignum id eſt longis lamentis, & multis lachrymis, obrutum hominem tali cogitaiionum nequitia; non autem mortalia immortalibus mutare: Quocirca lugere non oportet illam quæ corpus mortale reliquit, ſed illum qui mortificat mentem immortalem, non quam thalamus cœleſtis complectitur; ſed qui ſpe mortifera animam ſepelivit: ſed prævenit abiens parentes; & quid tum? operata forſitan patris & matris interitui, hinc tunc excedere debuit tot plagis cœſa. Hæc qui ait, non patris viſcera, ſed novercæ affectum refert, non patris aut matris certè amorem; magis illum, qui quod ſe oblectet quærat, quàm quod filiæ exiſtat gratum, quique ſub deſiderio filiæ ſui ipſius curam meditatur.

μᾶλλον δὲ οὐδ' ἀδιάφορον· εἰ γὰρ οὐδεὶς ἄνθρωπος ἀπὸ ῥύπου καθαρὸς εἴρηταί τε, καὶ τοῖς ἔργοις ὁρᾶται πιστούμενον, οὐδ' ἂν εἰ μία ἡμέρα ὁ βίος αὐτῷ, ὁ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ τὸ πήλινον τοῦτο σκήνωμα καταλιπὼν, ἔλαττον ἔχων ἀπῆλθε καὶ κηλίδων τῶν σωματικῶν. Οὐχ ὅσιον ὁ πενθῶν τὴν ἀπελθοῦσαν, ὅτι θᾶττον ἀπήλλαξε τῶν παρόντων· ὅτι ἔλαττον μετέσχε τῶν μολυνόντων· τοῦτο δάκρυον ποιεῖται, καὶ τὸ καθαρωτέραν αὐτὴν τῷ ἐκεῖθεν ὀφθῆναι νυμφίῳ, νομίζεις συμφοράν· ἀλλὰ πρὸ ὥρας μετέστη· μή μοι γένοιτο τοιαύτην φωνὴν ἀκοῦσαι· φωνὴν ῥηθῆναι μὲν τολμηράν· ἐννοηθῆναι δὲ τολμηροτέραν· Πρὸ ὥρας· καὶ πῶς ὅτε τὰς μητρικὰς ἔλυσεν ὠδῖνας, οὐκ ὠνομάζετο λύειν πρὸ ὥρας; ἀλλ' ἐτέχθη μὲν νεύσει Θεοῦ καὶ καθ' ὥραν· ἀπελθεῖν δὲ πρὸς τὸν πλάστην ἡμᾶς αὐτοὺς καθιζόμεθα ὁροθέτας; καὶ παρήγαγε μὲν ὁ δημιουργὸς καθ' ὥραν, λαμβάνει δὲ πρὸς ἑαυτὸν οὐκ εἰδὼς τὴν ὥραν; ἀπὸ σταγόνος ἔπηξεν εἰς σάρκα, διέπλασεν ἐν μήτρᾳ, προήνεγκεν εἰς φῶς, ἐκ βρέφους διετήρησε μέχρι παιδὸς, μέχρι παστάδος, μέχρι τελείας ἡλικίας· τούτων οὐδὲν οὐ καθ' ὥραν; ὅτε δὲ πρὸς τὸν ἀθάνατον ἀμείβει βίον, τότε μόνον οὐ καθ' ὥραν; πόῤῥω γλώσσης εὐσέβειαν μελετώσης ἡ τοιαύτη δυσφημία· πόῤῥω φρονήματος σωφρονοῦντος· τοῦτο θρήνων μακρῶν, τοῦτο δακρύων πολλῶν ἐστι, καταχωσθῆναι τὸν ἄνθρωπον τηλικαύτῃ μοχθηρίᾳ λογισμῶν· ἀλλ' οὐχὶ τὸ διαμεῖψαι τὰ ἄφθαρτα τῶν φθαρτῶν· οὐ μὲν οὖν οὐχὶ πενθεῖν τὴν διαφυγοῦσαν σῶμα θνητὸν δεῖ, ἀλλὰ τὸν νεκρώσαντα τὸν ἀθάνατον νοῦν· οὐδ' ἣν οὐράνιος παστὰς θαλαμεύει, ἀλλ' ὃς ἐνέθαψε τὴν ψυχὴν ἐλπίσι νεκραῖς· ναί φησιν, ἀλλὰ τεκόντων προαπῆλθε· τί δαὶ ἄρα, ἐβούλετο δέ τις αὐτὴν μητρὸς καὶ πατρὸς θανάτῳ προκαταπειραθεῖσαν πρότερον, οὕτως ἀπελθεῖν, τηλικαύταις πληγαῖς μεμαστιγωμένην· παιδὸς οὐ μοι σπλάγχνα μητρυιᾶς διάθεσιν ἔχοντος, ἀλλ' οὐ πατρὸς οὐδὲ μητρὸς φίλτρον ἀπαγγέλλει· καὶ ζητοῦντος τὸ οἰκεῖον ἡδὺ ἢ τὸ τῇ θυγατρὶ κεχαρισμένον, καὶ σοφιζομένου πόθῳ παιδὸς τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν. Τί

γὰρ

γὰρ λυπηρὸν ἰδεῖν περγμένων θάνατον; οὐχ ὅσον ἀπῆλθεν ἡ παῖς ἐλευθέρα τούτου· ἀλλ' οὐ λυπηρόν· καὶ τί δαπανῶμεν ἑαυτοὺς τῇ λύπῃ; Εἰ δ' αὕτη σοι παρῆν ἐκεῖθεν ἡ παῖς ἐπιστᾶσα, καὶ χειρὶ χεῖρα ἐμβαλοῦσα, ἱλαρῷ δὲ καὶ χαίροντι προσώπῳ κατεφίλει τε καὶ προσεφθέγγετο, τί δὲ ἄρα κόπτεις σεαυτὸν ὦ πάτερ; τί δὲ θρηνεῖς, ὡς ἐπὶ κακοῖς, ἀπελθοῦσαν; ἐμοὶ παράδεισος ἔλαχεν οἰκεῖν· γλυκὺ μὲν τι θέαμα ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν· γλυκύτερον δὲ ἐναπολαῦσαι· μείζω δὲ πίστεως ἁπάσης ἡ πεῖρα· παράδεισος ἐκεῖνος ἡ πρώτη καὶ θαυμασία τοῦ γένους πατρίς, ἐν ᾧ πάλαι τῆς δεσποτικῆς παλάμης τὸ φιλοτέχνημα τῆς φύσεως οἱ προπάτορες, πρὶν ἢ τὸν ὄφιν ὑποψιθυρίσαι, τῆς εὐδαίμονος καὶ μακαρίας ἀπήλαυον ζωῆς. Ἀλλὰ νῦν οὐδὲ ὁ σκολιὸς ἐκεῖνος καὶ πονηρὸς ὄφις, χώραν ἔχει ὑφερπύσαι, οὐδέ τινας ψιθύρους λόγους ὑπομηχανήσασθαι· ἀλλ' οὐδ' ἐν ἡμῖν ἐστί τις, οὗ μὴ ἐστὶν ἡ γνώμη μηχανῆς ἁπάσης καὶ τέχνης ἀμείνων· οὐδ' ὀφθαλμοὺς δέ τις ἀνοιχθῆναι δεῖ ἢ πρὸς μείζονος ἐπιθυμίας ἀπολαῦσαι. Ἐσμὲν γὰρ ἅπαντες σοφοὶ μετὰ τὴν θείαν καὶ οὐράνιον σοφίαν· ἐν ἀφθόνοις δὲ καὶ ἀνεκλαλήτοις ἀγαθοῖς ὁ δὲ πᾶς βίος ἡμῖν ἑορτὴ καὶ πανήγυρις· λαμπροὶ δὲ λαμπρῶς ἐν ἀφθάρτοις καὶ καθαρωτάτοις πολιτευόμενοι σώμασι, Θεὸν ὁρῶμεν, ὡς ἐστὶν ἀνθρώπῳ δυνατὸν ἰδεῖν, καὶ τούτῳ τῷ ἀφράστῳ καὶ ἀπερινοήτῳ κάλλει ἐντρυφῶντες, διαπαντὸς ἀγαλλόμεθα, καὶ κόρος τούτων οὐδείς· ἀλλὰ τὸ ἄφθονον τοῦ τρυφᾶν ἀκμὴ γίνεται τοῦ ἐρᾶν, καὶ τῷ ἔρωτι συμπαροῦσα ἡ ἐξουσία τῆς ἀπολαύσεως, ἄφατόν τινα καὶ ἀνεκδιήγητον, ὡς ἀληθῶς, τὴν χαρὰν ἐκείνην καὶ ἀγαλλίασιν ἐργάζεται· ὡς καὶ νῦν ἔμοιγε ταῦτα σοι προσομιλούσῃ, δεινὸς καὶ ἀμήχανος πρὸς ἐκεῖνα ἔρως ἐπιστρέφει, καὶ οὐδὲ τὸ βραχύτατον αὐτῶν παραχωρεῖ διηγήσασθαι· ἐλεύσῃ δέ ποτε καὶ αὐτὸς ἐκεῖσε ἅμα φίλῃ μητρί, καὶ τότε πολλὰ μὲν ἐμὲ τοῦ μικρὰ περὶ τηλικούτων εἰπεῖν· πολλὰ δὲ σαυτὸν τοῦ πένθους αἰτιάσῃ· οἵων καλῶν κἀγαθῶν ἡμῖν κατωδύρω· ἀλλά με λοιπὸν, ὦ φίλτατε πάτερ, χαίρειν ἔα καὶ πρόπεμπε·

Quid triſtitiæ eſt intueri mortem amatorum? exceſſit hinc filia, à morte libera, hoc triſte non eſt: & quid nos tum conſumimus triſtitia? ſi rediviva tibi adeſſet nata, & aſtans manum manui miſceret; ſi blando & exhilarante vultu oſcula daret & alloqueretur, Quid te affligis pater? quid lamentaris, quaſi mala me excedentem ambirent? Habitare paradiſum ſortita ſum, jucundum oculis ſpectaculum, jucundius fruitione, experientia omnem excedit fidem: Paradiſus ille ſedes paterna & principalis noſtri generis, in quo dominicæ manus opificium naturale primi noſtri parentes, antequam inſibilaret ſerpens, hoc eſt, beatam vitam agebant: Hunc campum ille nequam & incurvus ſerpens illabi nequit adhuc, nec inſuſuratos ſermones inſinuare fraudulenter: Ineſt ibi nobis mens omni machina ſuperior, omni arte major, non eſt ibi oculus aperiendus aut majoris oblectationis fruendæ deſiderium: Sumus omnes ſapientia divina & cœleſti ſapientes; vita omnis tranſigitur in inenarrabilibus nec invidendis bonis, inde tota nobis feſtivitas & Panegyris: Splendidi ſplendidè in corporibus incorruptibilibus & puriſſimis verſantes, Deum videmus, quomodo homini videre fas eſt Deum, illius inexplicabili & incomprehenſibili pulchritudine, quaſi luxuriantes continuò tripudiamus, nec ſatietas adeſt: Luxuriæ abundantia illius ſummitas fit dilectionis, & illam comitata fruitio inenarrabile illud gaudium, & inexplicabilem exultationem operatur: adeo ut amor me immenſus eò revehat, dum tecum hos ſermones ſero, nec poſſum illorum partem vel minimam referre: Accedes tu aliquando eò cum dilecta mea matre, & tum me pauca quædam de multis, & minutiora enarrâſſe cenſebis, téque ipſum de hac triſtitia accuſabis, qui me in talibus bonis verſantem deploras: verùm dilectiſſime pater, de cætero me lætus

præmitte

præmitte iſthinc, nec diutiùs detine, nè plus incommodetis, & idcirco vehementiùs affligaris. Si apud te hæc vel ſimilia tecum beata tua filiola colloqueretur, an non permotus inde gemitus abigeres, & lætus lætam abire permitteres? Deinde ſi filia hæc diceret, an meliori ſtatu erimus, & lamenta rejiciemus? ſin communis conditor, & Dominus clamet, *Qui credit in me, etiamſi moriatur, vivet; & qui præparavit diligentibus ſe, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit:* tanquam infideles nihilo erimus meliores, & plus dolebimus? ubi bonum, juſtum, ubi ratiocinationes conjunctæ cùm decenti aut utili? Ulteriùs, nonne pudet ornatiſſimam meam ſponſam virilem conditionem in muliebres lachrymas diffundendo & irruendo, fœmineæ imbecillitatis curam omittere, nè rationabilis & conducens compaſſio diſſipet irrationalem, & inutilem: Si viri, per quos fœminæ firmantur, non minùs quàm fœminæ plangunt, unde illæ ſolamen acquirent? quos laudandos proponemus ob ſtrenuitatem imitandos? ad quos reſpiciemus? Verùm noli tu quicquam te ipſo vel genere tuo indignum perpeti, aut, ut magìs tempori congruum dixero, adulterinum: in luctum nè ultra decorum efferamus, nec cùm viri ſumus, muliebriter paſſionem feramus, cùm multoties multis in locis fortes nos præſtiterimus: Opifex ad ſe tranſtulit opificium; ſed plus dedit quàm abſtulit: & ſubſiſtant precor diu viventes, & parentes gaudio afficientes filii alii filiæque: dolet quod præteriit; lætitiâ afficiant præſentes, gratias de ablatis agamus, ut ſtabiliter fruamur iis quos habemus, déque iis gaudium & exultationem habeamus: pulchrum eſt ſucceſſores poſſidere, poſſidemus: præclarum eſt primitias largitori conſecrare & omnium datori, quod fecimus, offerre: Incertum prius erat, quos è liberis Deo primitias dare, quos generis deſtinare ſucceſſioni oporteret:

μηδὲ πλέον κατέχῃς, ἵνα μὴ πλέον ζημιώσῃς, καὶ διὰ τοῦτο πικρῶς ἀνιάσῃς. Εἰ ταῦτα δὲ καὶ τοιαῦτα ἕτερα τὸ μακάριον ἐκεῖνο θυγάτριον διεξῄει, ἆρ' οὐκ ἂν δυσωπηθεὶς καὶ τὸν ὀδυρμὸν ἀπῆγες καὶ χαίρων χαίρουσαν ἀπιέναι προσέπεμπες; Εἶτα ἂν μὲν ἡ παῖς ταῦτα λέγῃ, βελτίους ἐσόμεθα καὶ τοὺς θρήνους ἀπορρίψομεν; ἂν δ' ὁ κοινὸς πλάστης καὶ δεσπότης βοᾷ, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ κἂν ἀποθάνῃ ζήσεται· καὶ ὅτι ἡτοίμασεν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ὡς ἀπιστοῦντες οὐδὲν ἄμεινον διακεισόμεθα, ἀλλ' ἐπὶ πλέον θρηνήσομεν; καὶ ποῦ τοῦτο καλὸν; ποῦ δὲ δίκαιον; ποῦ δὲ λογισμῶν ἐγγὺς ἑστηκότων τοῦ πρέποντος ἢ συμφέροντος; Εἶτα οὐδὲ τὴν ἐμὴν αἰσχυνῇ κοσμιωτάτην νύμφην, εἰς τὰ τῶν θηλειῶν δάκρυα τὸ ἀρρενωπὸν διαχέων καὶ καταφερόμενος· οὐδὲ φείδῃ τῆς γυναικείας ἀσθενείας· οὐδ' ἡ περὶ αὐτὴν εὔλογος συμπάθεια καὶ ὠφέλιμος τὴν παράλογον διαλύει καὶ ἀσύμφορον. Εἰ γὰρ ἄνδρες, παρ' ὧν ταῖς γυναιξὶν ἡ ἀνάκτησις, ἴσα γυναίοις κόψονται· τί τὸ περὶ αὐτὰς ἔσται; πόθεν τὸ παραμύθιον ἕξουσι; τίνας δὲ παραινέσομεν εἰς καρτερίαν μιμεῖσθαι, πρὸς τίνας ἀφορᾶν; ἀλλὰ μὴ σύ γε, μηδὲ σαυτοῦ ἀνάξιον πάθοις, μηδὲ τοῦ γένους, ἵνα τι καὶ τοῦ καιροῦ φιλοτιμότερον εἴπω, νόθον καὶ ἀλλότριον· μὴ δὴ τοῦ καλοῦ πλέον εἰς οἰμωγὰς ἐκφερώμεθα, μηδὲ γυναικιζώμεθα τῷ πάθει ἄνδρες πολλαχοῦ ἐν πολλοῖς καὶ χαλεπωτάτοις πειρασμοῖς ἀναφανέντες· ἔλαβε πρὸς ἑαυτὸν ὁ πλάστης τὸ πλάσμα· ἀλλ' ἔδωκε πλείους ὧν ἀφεῖλε· καὶ εἴησάν γε ἐπὶ μακρότατον ἐμβιοῦντες, καὶ τοὺς τεκόντας εὐφραίνοντες υἱοὺς καὶ θυγατέρας· λυπεῖ τὸ παρελθόν· εὐφραινέτωσαν οἱ παρόντες· εὐχαριστήσωμεν ὑπὲρ ὧν ἀφεῖλεν, ἵνα οἷς ἐχαρίσατο χαίρειν καὶ ἀγαλλιᾶσθαι βεβαίαν ἔχωμεν τὴν ἀπόλαυσιν· καλὸν ἔχειν τοῦ βίου γένους διαδόχους· ἔχομεν· καλὸν παρέχειν ἀπαρχὰς τῷ κοινῷ πλάστῃ, καὶ τῷ ἀγαθῶν ἁπάντων δοτῆρι προσενηνέγκαμεν· πρὶν μὲν ἄδηλον ἦν τίνες τῶν παίδων εἰς ἀπαρχὰς Θεῷ· τίνες δὲ εἰς διαδοχὴν γένους λογισθή-

σοιῆμεν· νῦν δὲ ἂν μόνον εὐχαρίστως τὴν ἀπαρχὴν δώσωμεν, οὐκέτι ἐν ἀδήλοις τὰς ἐλπίδας σαλεύσομεν, ἀλλ' ἐν τῷ βεβαίῳ πεπηγότες ἐσόμεθα· οὐδέποτε λαβὼν οὐ παρέχει φιλοτιμότερον· ἀεὶ δὲ μεγίστοις καὶ ἀνελπίστοις ἀγαθοῖς τὰ ἐλάχιστα ἀμείβεται. Εἰ δὲ θρήνοις, ὡς ἀδικούμενοι, τὰς ἀπαρχὰς καθυβρίσομεν· ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἐρῶ δυσχερὲς, ὥσπερ μηδ' ὑμᾶς ἐλπίζω τοῦ λοιποῦ θρήνους ἢ λύπας καὶ τοιαῦτα πάθη, ἃ τοῦ δυσχεροῦς ἐστιν αἰτία, παραδέξασθαι· εἴη δέ μοι καὶ τὸ θεῖον τῇ τε ψήφῳ, καὶ τῇ ἐλπίδι συνεφαπτόμενον· καὶ ἐπεί γε αὐτός μοι τὴν παῤῥησίαν χορηγεῖ ὑπὲρ, ὅσπερ ὀφείλω, ἀπὸ τῆς ἀθυμίας εἰς εὐχαριστίαν ἀνενηνοχότι, πολλὰ δὲ καὶ νέα καὶ παλαιὰ τῶν συνενεχθέντων εἰς ψυχαγωγίαν ὑποδείγματα· μᾶλλον δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὅλος ὁ βίος τούτου παράδειγμα, ὃν τοῖς λογισμοῖς ἐπιδιελθόντι, πᾶσαν ἐστὶ ῥᾷον ἀποθέσθαι τὴν κατήφειαν. Εἴπω τὸ μεῖζον, μᾶλλον δὲ τὸ φρικῶδες γέμον· ἵνα ἐπὶ τὸ λυπεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἀποιχομένων· μᾶλλον δὲ οὐδ' αὐτὸς ἐρῶ, τὸν κήρυκα δὲ τῆς οἰκουμένης καλῶ, διὰ τῆς οἰκείας φωνῆς ἀπαγγεῖλαι τὸ οὐράνιον ψήφισμα· Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε καὶ ὑμεῖς, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα· Παῦλός ἐστιν ὁ σαλπίζων ταῦτα, ὁ τῷ οὐρανίῳ παιδευθεὶς διδασκαλείῳ, ὁ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν περιλαβὼν τῷ κηρύγματι· τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα ἀπίστων εἶναι βοᾷ τὴν ἐπὶ τοῖς τελευτῶσι λύπην, σβεννυούσης τῆς ἀναστάσεως τὴν ἐλπίδα, ἀπιστούντων τὸ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἀποθώμεθα τὴν λύπην, ἵνα μὴ τηλικούτοις κακοῖς ἔνοχοι φανῶμεν· ἵνα μὴ ὡς ἀληθῶς τότε τὴν παῖδα ζημιωθῶμεν· νῦν μὲν γὰρ κόλποις θάλπεται αὐτὴν Ἀβραμιαίοις κἀκεῖ ταύτην, εὐφραινομένην καὶ χαίρουσαν, μετ' ὀλίγον θεασόμεθα· ἐὰν δὲ παρὰ τοὺς δεσποτικοὺς θεσμοὺς ἐγὼ τὴν παῖδα θρηνῶ, ἐλαύνομαι τοῦ καλοῦ θεάματος ἐκείνου· ποθεῖς τὴν παῖδα θεάσασθαι; ῥῖψον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην· δεῖξον σεαυτὸν, δι' ὧν εὐχαριστεῖς, ἄξιον τῆς ἐκεῖθεν εὐφροσύνης· ἀλλ' εἰ ἔτι σπερχόμεθα τοὺς θρήνους, ἑαυτοὺς στερίσκομεν τοῦ ποθουμένου· οὐκ οἶδε θρήνους

Nunc ſi gratanter primitias dedetimus, non inter incerta vacillabit ſpes, ſed immoto in ſtatu defixi erimus: Deus nunquam accepit, quin ampliùs largiatur; ſemper vel minima maximis & inſperatis bonis remunerat: Sin planctu, ut injuria affecti primitias dedecoremus: quanquam nihil ego proloqui infauſtum velim, quippe qui ſperem te de cætero nullam talem paſſionem, lamenta, mœrorem admiſſurum, unde infauſti quicquam procuretur: mihi Numen & ſpe & ſuffragio faveat; favet autem, & libertatem loquendi concedit, te ab animi mœrore in gratiarum actionem converſo, plurima cùm antiqua tum recentia exempla, quæ ſolamen afferant, repræſentare poſſum: Quin, ut quod res eſt dicam, tota hominum vita hujus eſt exemplum, quam cogitatione rememorans facilè dejectionem omnem amolietur: Majus adhuc dixero, & tremendum illud; ad quos pertinet defunctos deplorare? hîc ipſe non dicam, ſed orbis præconem compello, ut voce ſua enunciet cœleſte decretum: *De dormientibus nolo vos ignorare fratres: ut nè triſtitia vos ità afficiemini, quemadmodum & cæteri, qui ſpem non habent:* Paulus horum eſt buccinator, cœleſti inſtitutus ludolitetario, qui totum mundum obivit prædicando: Chriſti os clamat, infideles decere, de defunctis triſtitia affici, reſurrectiones ſpem extinguere, non credendo virtutem myſterii ſecundùm Chriſtum: Triſtitiam igitur exuamus, nè reatum contrahamus tanti mali; nè filiam tuam vero damno afficiamur; nam nunc Abrahami ſinu fovetur, ibidem non ità longo poſthac tempore illam lætam & exultantem intuebimur: ſin contra Domini legem puellam defleo, ab illo pulchro ſpectaculo expellor: Viſne ergò filiam intueri, repelle luctum, per actionem gratiarum declara te dignum lætitia illa? ſi luctibus adhuc indulgeamus, deſiderato nos privamus: Lætitia inibi ploratus neſcit:

Exultarionis

Exultationis & gaudii nuptialis thalamus locum lugentibus non concedet; nec admittet lachrymantes, quos hæredes gaudii inexplicabilis habet: Viſum eſt factori figmentum refingere ad immortalitatem: Hanc felicem ego ſortem puellæ non invideo, nec ſententiam contra murmurabo eam, quam amplecti deberem: Dominicam largitatem in argumentum ingratitudinis non traxero. Morbo aliquando laborabat filiolus magni regis David, morbus ſepulchrum monſtrabat: Ille morbum calamitatis loco habens, pronus ſternitur, lachrymis implorat numen, à cibo & omni corporis cultu abſtinet: At ubi exceſſit puellus, ſtatim deponebat luctum: Orabat priùs ut viſcerum ſtirps ſubſiſteret; poſtquam vidit fictorem determinâſſe abitum, per luctum judicis ſententiam violare non erat auſus: ſed ſublimiorem ſe omni dejectione præſtans, voces emiſit gratias agentes, & uſitato more ſe refecit: Ità nos affectos eſſe decet; ſi infirmatur filius, cognatus, amicus, ſi morbus mortem parturiat; Deum veneror, ut auferat morbum, det, donet deſiderantibus deſiderium ſuum: ſed tranſlationem ille utiliorem judicat; decet deinceps de illa diſpenſatione gratias agere, contentos eſſe, nec luctu & gemitibus Creatoris judicium violare: Si quis nobis inſidietur dæmon, & Jobum rurſus depoſcit, ſi malevolum cum ſervo ſuo committere Deus velit, ſi patientiam vult explorare ad convictionem adverſarii, ſi ſtadiũ certaminis aperit, ut pudefaciat antagoniſtam, antagoniſtam coronet: mœſtitiæ argumentum virtutis deprædicationẽ facere non oportet, nec tempus coronarum lamentorum tempus conſtituere, non certaminis diem diem lachrymarum; Non per eos quos coronavit patientia; non per coronas ipſas immarceſſibiles & ſplendidas: hæc generoſum tuum animum dede-

ἡ ἐκεῖθεν εὐφροσύνη· οὐδ᾽ ὁ τῆς ἀγαλλιάσεως καὶ χαρᾶς νυμφὼν ἀνέχεται γνώσεσθαι χωρίον πενθούντων· οὐδ᾽ ἐθέλει προσδέχεσθαι τοὺς ὑπὸ δάκρυσι τεθέντας· οὓς αὐτὸς ἀνεκλαλήτου χαρᾶς ἔχει κληρονόμους. Ἔκρινεν ὁ πλάστης τὸ πλάσμα πρὸς ἀθανασίαν μεταπλάσαι· μὴ βασκαίνω μὲν τῆς εὐδαιμονίας τὴν παῖδα, μηδὲ τῆς κρίσεως ἣν ἔδει θαυμάζειν καταγογγύζωμεν· μηδὲ τὴν δεσποτικὴν φιλοτιμίαν εἰς ὑπόθεσιν ἀγνωμοσύνης βιαζώμεθα. Ἐνόσει ποτὲ παιδίον τοῦ μεγάλου βασιλέως Δαβίδ, καὶ ἡ νόσος τὸν τάφον ἐδείκνυ· Ὁ δὲ συμφορὰν τὴν νόσον ποιούμενος, χαμευνὴς ἔκειτο, καὶ δάκρυσιν ἐξευμενίζετο τὸ θεῖον, τροφῆς τε αὐτῆς ἀπεχόμενος καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας τοῦ σώματος, ἀλλ᾽ ὅτε τὸ παιδίον ἀπῆλθεν, αὐτίκα συναπέθετο καὶ τὴν λύπην· πρὶν μὲν γὰρ ἱκέτευε παραμένειν τὸ φυὲν τῶν σπλάγχνων· ἐπεὶ δὲ κρίναντα τὴν ἀναχώρησιν τὸν πλάστην εἶδεν, οὐκ ἐτόλμησε τοῦ κριτοῦ τὴν ψῆφον ἐγκαθυβρίσαι τῷ πένθει· ἀλλ᾽ ἀνώτερον ἑαυτὸν πάσης παρασκευασάμενος κατηφείας, εὐχαριστηρίους ἠφίει φωνάς, καὶ τῆς συνήθους εἴχετο διαίτης· οὕτω χρὴ διατίθεσθαι καὶ ἡμᾶς· ἀσθενεῖ παιδίον, συγγενὴς ἄλλος, ἢ τῶν φίλων τις, καὶ ἡ νόσος θάνατον ὠδίνει· δεόμεθα θεοῦ παρελθεῖν τὴν νόσον, δοῦναι, παρεῖναι τὸ ποθούμενον τοῖς ποθοῦσιν· ἀλλ᾽ ἄμεινον αὐτὸς τὴν μετάστασιν ἡγεῖται· εὐχαριστεῖν λοιπὸν οἷς ᾠκονόμησε προσήκει, στέργειν τὸ πραχθὲν καὶ μὴ τῷ θρήνῳ καὶ τοῖς ὀδυρμοῖς ἐγκαθυβρίζειν τὴν κρίσιν τοῦ κλίσαντος. Εἰ δέ τις καὶ ἡμᾶς ἐνεδρεύει δαίμων, καὶ τὸν Ἰὼβ πάλιν ἐξαιτεῖ, καὶ θεὸς ἀφίησι τῷ θεράποντι* βάσκανον συμπλακῆναι, καὶ δοκιμάζει τὴν ὑπομονὴν ἐπ᾽ ἐλέγχῳ τοῦ ἀντικειμένου, καὶ ἀγώνων στάδιον ἀνοίγει, καταισχῦναι μὲν τὸν ἀνταγωνιστήν, στεφανῶσαι δὲ τὸν ἀθλητήν· οὐδ᾽ οὕτω χρὴ ἀνίας ὑπόθεσιν τῆς ἀρετῆς τὴν ἀνακήρυξιν, οὐ μὲν οὖν οὐδαμῶς ποιεῖσθαι, οὐδὲ καιρὸν θρήνων ἀποφαίνειν τὸν καιρὸν τῶν τροπαίων· οὐδ᾽ ἡμέραν δακρύων, τῆς ἀθλήσεως τὴν ἡμέραν· οὐ μὰ τοὺς δι᾽ ὑπομονῆς στεφανωθέντας, καὶ τοὺς ἀμαραντίνους αὐτοῖς καὶ λαμπροὺς στεφάνους· οὐκ ἔστιν ἄξια ταῦτα τῆς σῆς γενναίας ψυχῆς, οὐ-

* Ie. C[illegible]

δὲ τοῦ εὐσταθοῦς φρονήματος, οὐδὲ τῆς ἄλλης ἀρετῆς. Τοιγαροῦν στῶμεν ἀνδρείως· στῶμεν εὐθαρσῶς, ὡς τῷ οὐρανίῳ στρατιώτῃ βασιλέως τῷ ἐχθρῷ προσπαλαιόμεθα· μηδὲ καταισχύνωμεν τὴν μαρτυρίαν τοῦ ἀγωνοθέτου· μηδὲ τοῦ ἀντιπάλου τὸ θράσος ἐν τῷ δυσφορεῖν συγκροτήσωμεν· μηδ' εἴ τι πρότερον ἡμῖν * ἀνδρείας κατωρθώθη, τοῖς ὑστέροις ἐκθηλυνώμεθα· μηδὲ κινῆσαι μὲν φθόνον ἐχθρῷ γενώμεθα ἀγαθοί· παῦσαι δὲ δι' ὑπομονῆς εἰς τέλος ἐλεγχθῶμεν ὀκνηροί· ἕτοιμος εἰς πτῶσιν ὁ πολέμιος, ὅταν ἴδῃ μακροθύμως φέροντας τοὺς πειρασμοὺς, θᾶττον ἀφίσταται τῆς πείρας, ὁρῶν τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ πέτρας τῆς καρτερίας ἑδραζόμενον· ἐγγὺς ὁ στεφοδότης, λαμπροῖς τοῖς στεφάνοις ἀντὶ τῶν ἄθλων δεξιούμενος τὸν ἀγωνιστήν· καὶ οὐκέτι συγχωρεῖ προσβαλεῖν τὸν ἐχθρόν· πόῤῥω δὲ τοῦτον ἐλαύνει· κἂν ἔτι δόξῃ ἀναισχυντεῖν, σὺν αὐταῖς ἁπάσαις τέχναις καὶ ἐπιβουλαῖς· ἀμείβει δὲ καὶ τὰ ἀλγεινὰ πολλαπλασίοσι τῇ εὐδαιμονίᾳ καὶ χαρᾷ, καὶ τούτων ἁπάντων ἀναντίῤῥητος μάρτυς, αὐτὸς πάλιν Ἰώβ, οὗ, ὥσπερ ταῖς πληγαῖς ἐκοινωνήσαμεν, οὕτω καὶ τῆς εὐφροσύνης, καὶ τῆς δόξης, καὶ τῆς λαμπρότητος ἀπολαύσωμεν, νῦν τε καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας, πρεσβευούσης τῆς ὑπερενδόξου δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν.

* Ἰσ. ἀνδρείας

cent, judicium ſolidum, virtutes reliquas: Quocirca, ſtemus viriliter, ſtemus confidenter; ut milites cœleſtis Regis cum hoſte congrediamur: Agonothetæ teſtimonium nè pudefaciamus, nec adverſarii audaciæ in maleferendo applaudamus: Nec ſiquid à principio viriliter geſſimus, poſterioribus mollefaciamus, nè ſimus fortes ad movendam hoſtis invidiam, in fine autem vincere inepti, & ſeſides convincamur: Hoſtis proclivis ad lapſum, cùm videat ferre nos patienter tentationes, ociùs abſiſtit à tentando, videns hominem firmiter à fortitudine fundatum: In proximo ſtat qui coronas donat, ſplendidis remunerat agoniſtam coronis ad ſe ſuſceptum, nec ulteriùs permittit cum hoſte impetendum; quin illum longiùs amovet: Quòd ſi impudentiùs inſtet, artes ejus & inſidias diſſlat: Patientis dolores remunerat felicitate & gaudio multiplicato: Horum omnium exemplum præbet beatus rurſus Job, cujus participes velut & plagarum facti ſumus, gaudii, gloriæ, & reſplendentiæ, vel ſiemus ſaltem, vel in præſenti, vel in ſeculo interminabili, intercedente glorioſiſſima Domina noſtra, Deipara, ſemper Virgine Maria, cum omnibus ſanctis. Amen.

Ἐπισ. σλε.

Νικηφόρῳ φιλοσόφῳ μονάζοντι.

Ἐφ' οἷς μὲν ἡ ἀχθηδών, ἀγνοῶ· εἶδα δὲ κατ' ὄψιν ἀξιωθεὶς, ῥητορικὰς ἀφορμὰς παρασχεῖν, ὅσας τε γλῶττα χαρίζεται, καὶ ὅ τι βίβλοι παρενδιδόασιν· καὶ ἁπλῶς μὲν προβαλλομένῳ καὶ ἀπροσδιορίστῳ ῥήματι τὴν ἀξίωσιν συνοῖδα καὶ αὐτὸς ὁμοίαν σοι καὶ κοινὴν πεποιημένος τὴν ἐπίνευσιν· σοῦ δὲ, τὸ λοιπὸν, μηδὲν προσθέντος, μήτε ὅτι παραγενέσθαι δέοι' ἵνα καὶ γλῶτταν λέγειν ἔχοι, ἅττα ἂν καὶ λέγοι,

Epiſt. 235.

Nicephoro philoſopho, Monaſticam amplexo.

DE quibus accedat gravamen, ignoro: novi autem, tanquam per inſomnium rogatus, Rhetoricas exhibere tibi occaſiones, vel præcepta, tum quæ linguâ efferuntur, tum quæ libris repræſentantur: Novi etiam præterea ſimilem aſſenſum exhibere, & in communi poſitum, verbis ſimpliciter & indefinitè prolatis, interrogatus: Cùm verò tu in cauſa nihil adjeceris, nec quidem quòd in rem præſentem adeſſe me oporteat, ità ut lingua facultatem dicendi illa habeat, quæ dicenda ſunt;

neque

neque aliquid protuleris, quod particulari congruat, definitæque interrogationi, nè quidem communi, & generaliori modo. Nec perſpicuè edixeris, quorum tibi librorum uſus eſt, quas deſideres Rhetorum ſcriptiones, cujus artificis artificioſas texturas. Quomodo putas poſſe me vocis repercuſſionem tuæ, cùm tanto intervallo ſimus diſterminati, ad tuas uſque aures derivatam extendere? niſi fabulam de Stentorea voce deponere me poſſe putes? Deinde, & incuſare debes, quòd ingentem librorum acervum hinc inde conquiſitum, non incaſſum ad te miſerim: Ignorantia certè rei quæſitæ, hoc eſt, cùm ipſius artis, tum librorum ad illam pertinentium, in neceſſitatem conjeciſſet conquirendi (omnes libros, de quacunque arte ſcriptos:) ſi dolor hinc tuus ſortiebatur originem, nihil ille quidem ad me ſpectat; ſin quid ſit aliud, tu mihi ignoſcas, virorum optime, qui temporis diuturnitate, & morbi inſuper acerbitate, oblivionem obrepentem repellere nequii. Sed valeas animo atque corpore, & noli tam facilè gravaminum umbras, quas ipſe projicis, ſubire, nec ab alio quoquam allevamen requiras doloris tui, qui nullam alibi ſortitur originem quàm apud tuas ſuſpiciones, non illas ego arbitror legitimè natas. Vale.

Epiſt. 236.

Arſenio Monacho & Anachoretæ, poſtquam dimiſsi ad illum fuerant, qui de Bulgaria profecti, vitam Monaſticam ingredi cupiebant.

SI & tunc quoque oculis ego, quibus olim, videbam (hoc enim de me mihi tuæ literæ occinuerunt, & illam gratiam prædicarunt, quam alioquin ego non libenter admitterem) non obſcuræ meæ ignorantiæ convictionem affero: Verùm ſi quovis modo ego videns eram, quare ducem me cœcum exhibebam iis, qui ad lucem veritatis feſtinabant? Non eſt hoc videntis opi-

μάτω εἰς ἐπὶ μέρους καὶ ὡρισμένην ἀξίωσιν, τὴν κοινοτέραν καὶ ἀόριστον ἐξενηνοχότος. μηδὲ σαφῶς δεδηλωκότος, τίνων ἐστί σοι χρεία βιβλίων, καὶ ποίας τῆς ῥητορικῶν τεχνῶν πραγματείας, καὶ τίνος τεχνογράφου· πῶς ἂν δυναίμην ἐγώ, ἢ τῆς φωνῆς τὴν ἀπήχησιν τοσούτῳ διεστηκότων διαστήματι, μέχρι τῆς σῆς ἀκοῆς ἀποτείνειν; εἰ μή με καὶ Στεντορείους μύθους, ὅτι μὴ μακρὰ φθεγγόμενος, ἀποκρύπτειν πάλιν αἰτιάσῃ, ἢ βιβλίων πλῆθος ἀόριστον, ὧδε κἀκεῖσε διερευνηθέν, εἰς σὲ μάτην διαπέμψαντα, ἡ γὰρ ἄγνοια τοῦ ζητουμένου, τῆς τέχνης ἁπάσης δὲ τῆς περὶ αὐτὴν τὰς βίβλους, εἰς ἀνάγκην ἂν ἄπειρα συναγείρειν· ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ τούτων ἔχει τὰς γονὰς ἡ ἀχθηδών, οὐδὲν ὦ βέλτιστε πρὸς ἡμᾶς· εἰ δὲ ἄλλο τι ἐστί, σὺ δέ μοι σύγγνωθι, καὶ χρόνῳ μακρῷ, καὶ νόσῳ παρὰ τὸ κρατεῖν λαβούσης λήθης ἐπελθούσης. Ἀλλά μοι ἔρρωσο τὴν ψυχὴν σὺν τῷ σώματι, καὶ μήτε ῥᾳδίως οὕτω σκιὰς ἀχθηδόνων αὐτὸς διεκπέμπων, ταύταις ὑποβρέχου, μήτε ζήτει παρ' ἄλλου λύπης ἐξευρεῖν ἀπαλλαγήν, ἧς οὐκ ἔστι τὴν γένεσιν εὑρεῖν οὐδαμοῦ, ἀλλ' ἢ παρὰ τὰς σὰς τῆς ὑποψίας οὐ γνησίους οἶμαι γονάς. Ἔρρωσο.

Ἐπιστ. σλϛʹ.

Ἀρσενίῳ μονάζοντι καὶ ἡσυχαστῇ μετὰ τὸ ἀποσταλῆναι πρὸς αὐτὸν τοὺς ἐκ Βουλγαρίας ζητοῦντας μονάσαι.

ΕΙ βλέπων ἐγὼ καὶ τότε ὀφθαλμοῖς, τῷ πάλαι βλέποντος (τοῦτο γάρ με τὸ σὸν ἀνύμνησε γράμμα, καὶ χάριν ἔδωκεν ἐν χαρᾷ, ὃ οὐκ ἂν ἄλλως ἡδέως οὐδ' ἁπλῶς ἐδεξάμην) μὴ λάθω δῆλος ἔλεγχον τῆς ἐμαυτοῦ ἀγνοίας· ἀλλ' εἰ μὲν βλέπων ὁπωσοῦν ἐγώ, πῶς τυφλὸν ὁδηγὸν τοῖς πρὸς τὸ φῶς τῆς ἀληθείας ἐθέμην ἐπειγομένοις; Οὐ γὰρ οὐ βλέποντος τοῦτο μέ-

νον, πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλὰ καὶ τὸ χαλεπώτατον τυφλοῦντος, τοὺς βλέπειν ὀλομένους· καὶ διαπλανῶντος μακρᾷ τρίβῳ τῆς εὐθείας, τοὺς ὅλῳ ποδὶ μετιέναι ταύτην ἐκζητοῦντας. Εἰ τοίνυν μὴ παντελῶς ὁ ὕμνος ὄνειρος, καὶ δῶρον σκηνῆς βλέποντι παρεθέμην ἐγὼ τοὺς χειραγωγίας δεομένους· καὶ κρίσεως ἦν ἀδεκάστου ψῆφος, καὶ γνώμης εὐθύτης, ἀλλ' οὐ στοργῆς τὴν δίκην διαγελώσης, οὐδὲ σπλάγχνων, τῷ φιλοστόργῳ τέκνων, εἰς παράλογον προσπαθείαν διακεχυμένων, τὸ τῇ σῇ τελειότητι τοὺς ἄνδρας * παραπέμψαι. Οὐκοῦν ἐῤῥέτω τὸ παρ' ἀξίαν, καὶ τὸ θαῦμα φυγὸν τὸ θαῦμα· γινέσθω τῶν συνήθων τι ἐν πράξεσι πρέπουσαν μεθαρμοζόμενον ἀκολουθίαν, καὶ ἡμεῖς οὐδὲν τῇ σῇ κεχαρίσμεθα μακαριότητι, τῶν εἰς ἔκπληξιν ἀγόντων· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐπὶ τὸ μέτριον διαβαινόντων· χάριν δὲ μᾶλλον τὴν ὅτι μάλιστα ἀπειλήφαμεν, ἐν οἷς ἔχομεν ἀδελφοὺς, ἄρτι τῆς ἐν βίῳ ζάλης ὑποχωροῦντας, ἡσυχίας καὶ φιλοσόφου ζωῆς διὰ σοῦ λιμένι ἐγκαθορμίσαι· ἡμᾶς δὲ νόσος ἔσχεν (εἴγε χρὴ ταύτην νόσον καλεῖν ἀλλὰ μὴ θανάτου πρόθυρα) ὀξεῖα καὶ ἀπροσδόκητος· ἀλλὰ ταῖς ὑμῶν εὐχαῖς τῆς σφοδρᾶς ἀνῆκεν ἐπιθέσεως, θεοῦ πάλιν ἄνωθεν ἡμῖν τὴν ζωὴν ἐπὶ μετανοίᾳ, ἴσως, ὃ καὶ γένοιτο, χαρισαμένου τοῦ· καὶ λοιπὸν ἤδη ζῶμεν, εἰ καὶ τὰ λείψανα τοῦ πάθους ἔτι περιλυπεῖ τὸ σωμάτιον.

*Ιω. παραπέμψαιμι.

Ἐπισ. σλζ.

Νικηφόρῳ φιλοσόφῳ μοναχῷ.

Ἀμηχανοῦντί μοι, καὶ ἀπορουμένῳ, καὶ ἀμφιβάλλοντι περὶ τὰ κατ' ἐμαυτὸν, (ἐμὰ γὰρ τὰ τοῦ ἐμοῦ αἵματος, κἂν μὴ θέλω·) καὶ ὅσα πάθη συνέχει τοὺς φίλους, παραμύθιον ἧκεν (ἴδε τὸ χρῆμα) ἐκ συμφορῶν πολυτρόπων ἠρτημένων φίλου· ἐλθὲ δὴ οὖν, ὥσπερ ἤτησας· ἐλθὸν τὴν ταχίστην· ἐν μέρει μὲν ἴσως (σὺν θεῷ δὲ φάναι) τὴν ἀπαλλαγὴν εὑρήσων τῶν παραλυπούντων· ἐν μέρει δὲ καὶ ἡμᾶς τῇ φίλῃ παρουσίᾳ τῆς πολυωδύνου κουφίζων ἀθυμίας.

not, imò longè aliud, imò quod gravius eſt, ad eum ſpectat qui excæcat videre cupientes: & longo tramite aberrare facit à veritate illos, qui rectis pedibus viam virtutis premere volebant: Si igitur hymnus non omnino inſomnium ſit, & ſcenicum videnti donum, ego illos contradiderim, qui manuductione indigebant; & ſi ſententia proceſſit ab incorrupto judicio, ſi animum dirigebat rectitudo, & non amor, cui ludibrio juſtitia habebatur, nec à viſceribus per indulgentiam filialem in affectus irrationales diffuſis, tuæ abſolutæ perfectioni homines tranſmittere: Eat igitur quò velit id quod præter dignitatem accidit, & admiratio fugiens admirationem: Fiat aliquid ſolitum, quo imitetur actionum congrua conſequentia, tuæ beatitati nos nihil condonamus, quod poſſit ad ſtuporem impellere, aut quod excedat moderationem: Potiùs gratiſſimum nobis eſt, quòd ejuſmodi affectos fratres habeamus, qui de fluctibus iſtius vitæ emerſerunt, & per te cupiunt, in portum tranquillitatis & vitæ philoſophicæ deduci: Me morbus habuit (ſi morbum tamen, & non mortis potiùs veſtibulum dicere debeam) acutus & inexpectatus: Sed per veſtras preces, de acerbitate aliquid remiſit; Deo demum de cœlo mihi vitam ad pœnitentiam, quod optaverim factum, annuente: Quocirca vivimus adhuc, licet mihi corpuſculum reliquiæ illius mali malè habeant affectum.

Epiſt. 237.

Nicephoro philoſopho Monacho

Hærenti mihi dubio, & vacillanti de mearum rerum ſtatu (mea enim ſunt, velim nolim, quæ mei ſanguinis ſunt) & quot malis amici premerentur, venit ſolatium (vide rei novitatem) à multiplicibus illis malis quibus amicus urgebatur: veni autem juxta quod expetebas, & celerrimè quidem veni ad partes inventurus, favente Deo, liberationem ab iis quæ mœrore te afficiunt: veni etiam in partes alleviandi per amicam tuam præſentiam multimodam triſtitiam.

Epiſt.

Epiſt. 238.

Eidem.

TRanſiit hyems, & hibernam tempeſtatem illam admodum congruè tuæ tarditatis cauſas diſcutiens, ſudum cœlum ſecutum eſt: Rurſus tamen in nos hyems cogitationum nives & imbres immiſit cum fragore: Quid autem factum? Num aliquid accidit inſperatum? num impedimentum? num ſine magna neceſſitate aliqua quieſcere potuit tantus ille impetus atque ardor ad regreſſum? Talibus nos curis & cogitationum tempeſtatibus, etiam cùm ſudum erat, jactabamur. Modus enim, neſcio unde, ſe vobis per crepidinem oſtentavit, fortaſſis ab aſſiduitate poetica, unà enim ſecum attrahebat verſus quoſdam licentiæ apud poetas uſurpatæ, quaſi generis elatione tumens, & nobis oſtendere volens, quàm ſit juris ſui, & poteſtatis: Veruntamen iſte modus nondum ſatis libertatis nactus eſt, ad nos ingrediendi (qui magis ruſtici motis ſumus) ſpeciem quandam prætextus potiùs ſubiens, quàm veram cauſam habens, unde manifeſtetur: Nondum addo, quòd ſi prohibuit hyems, fruſtrà eſt rei modus: ſin ignoratus autem regrediendi modus inhibuit, hyemis illa vis prætextus eſt ſupervacuus: non quòd poſt multos dies & periodum tam longi propoſiti modi cognitio jam tandem inquiritur: Sed hoc, uti dixeram omitto: Cùm jam ceſſaverit hyems, & cœlum ſudum diem ridendo ſerenaverit; nuſquam tamen comparet amicus, & ideò obnubilum & tetricum rurſus ejus vultum facit: Et tamen ſi à ſcena proſpexerit apologia, & præclarus ille mos ſe unà cum tempeſtate Choreuten prodat; mihi jucundum eſt, ſi ſic vel in ſcena agant: Cùm enim eſſet proculdubio aliud, quod doleret, & adventum poſſet deſtinere, per amotionem à ſeipſis illius cauſæ, liberationem & exemptionem indicavit. Gaudium porrò gaudere ſincerum è literis datum eſt iis, qui è literis tuis reſciſcunt, te meliuſculè de morbo habere, à quo optarim te perfectè liberari, ſub conditione nè deinceps aliquid tale committas.

Ἐπισ. σλη.

Τῷ αὐτῷ.

Ὁ μὲν χειμὼν ἐγεγόνει, καὶ τὴν χειμέριον ὥραν, ὥσπερ ἐπιτηδὲς, τὰς σοὺς παραναστέλλων τῆς βραδυτῆτος αἰτίας, ἀὴρ εὔδιος ὑπεδέχετο· καὶ χεῖμα πάλιν καθ' ἡμῶν πολλὰς νιφάδας λογισμῶν ἀφεὶς κατερρήγνυτο· τί δὲ γέγονε; μή τι τῶν ἀδοκήτων ἀπήντησε; μή τι ἀπέβη τῶν * μολυσμάτων; ἄρα δὲ θερμὴν οὕτω πρὸς τὴν ἄνοδον ὁρμὴν, ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης, οὐκ ἂν ἡσυχάσαι· τοιαύταις ἡμεῖς οἱ ἐπὶ τῆς εὐδίας ἐκκλυδωνιζόμεθα φροντίσι· ὁ γὰρ τρόπος, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ὑμῖν * παρακύψας, τάχα δὲ ἐκ τῆς ποιητικῆς συνεχείας· συνεφεῖλκε γὰρ αὐτῷ καὶ στίχους τῆς ἐκεῖθεν πεποιημένης ἀδείας, ὥσπερ ἐπηγαυρωμένος τῷ γένει, καὶ ἐπιδεικνὺς ἡμῖν τὸ αὐτόνομον· ἀλλ' ὅμως οὐδέ πω τοῖς ἀγροικοτέροις ἴσως ἡμῖν, πρὸς τὴν τοιαύτην εἴσοδον, οὐδαμῶς παρρησίαν ἔχειν ἐπεπίστευκε· σχῆμα προφάσεως περιτεθὲν μᾶλλον ἢ αἰτίαν ἔχον πόθεν ἐμφανίζειν· καὶ οὔπω λέγω, ὡς εἰ μὲν ὁ χειμὼν ἀπείργει, περιττὸν ὁ τρόπος· εἰ δ' ὁ τῆς ἀνόδου τρόπος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀγνοούμενος, ἐπεῖχε, παρέλκουσα πρόφασις ἡ τοῦ χειμῶνος βία· οὐδ' ὅτι μετὰ πολλὰς ἡμέρας, καὶ περιόδου οὕτω μακρᾶς προθεσμίας, ἡ τοῦ τρόπου μάθησις νῦν ἐπιζητεῖται. Ἐῶ μὲν οὖν, ὥσπερ ἔφην, ταῦτα. Ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν χειμὼν ἠρέμει, καὶ γαληνὸν μειδίαμα τὴν ἡμέραν διήγαγε· παρὼν δ' ὁ φίλος οὐδαμοῦ σκυθρωπὸν αὐτῆς καὶ στυγνὸν τὸ πρόσωπον ὑπολείπει· πλὴν εἰ καὶ σκηνῆς προεώρασεν ἡ ἀπολογία, καὶ ὁ καλὸς τρόπος συγχορευτὴν ἑαυτὸν ὑπέβαλε τοῦ χειμῶνος· ἀλλ' ἡμῖν γε καὶ οὕτω χαρὰν ἐπίσης θεαρίσαι· πάντως γὰρ ἄλλο προδηλοῦντος, καὶ κωλύειν ὡς ἀληθῶς τὴν ἄφιξιν δυναμένου, τὴν καθ' ἑαυτῶν μετάστασιν τῆς αἰτίας, ἀπαλλαγὴν ἐμήνυε καὶ ἐλευθερίαν· χαρὰν μέν τοι γε καθαρὰν ἐδίδου χαίρειν, ἐκ τῶν γραμμάτων μαθοῦσι τὸ ῥᾷόν σε τοῦ νοσήματος ἔχειν, καὶ εὐχῆς ἡμῖν μετὰ τοῦ μηδὲν ἔτι τοιοῦτον διαμαρτάνειν εἰς τὸ τέλεον ἀπηλλαγμένου.

* Ἴσ. κωλυμάτων.

* Ἴσ. παρεγκύψα.

Ἐπισ.

Ἐπιστ. σλθ'.

Κωνσταντίνῳ Νοταρίῳ.

Βραδὺς μὲν ἦσθα πρὸς μνήμην τῶν ἐνταλμάτων· βραδύτερος δὲ πρὸς πρᾶξιν τῶν ἐπηγγελμένων. τῇ μὲν οὖν περὶ τὰς ἐντολὰς λήθῃ, ἔστι τι καὶ συγγνώμης· τὸ δὲ μηδὲν σε τῶν ὑπεσχημένων ἐκτελέσαι, ἂν μὴ προθυμίας ἦν ἡ ὑπόσχεσις δῶρον, μόνης ἐστὶν ἀμελείας.

Epiſt. 239.

Conſtantino Notario.

TArdus fuiſti in memoria miſſorum recolenda; tardior ad promiſſa exequenda; de oblitis mandatis concedenda eſt tibi venia, at quòd promiſſum non præſtiteris, ſi fervoris cujuſdam donum erat, ad negligentiam ſolam ſpectat.

Ἐπιστ. σμ'.

Νικήτᾳ Ἀσπαθαρίῳ καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδικοῦ ὑπὲρ τῶν μητροπολιτῶν τοῦ Κυζίκου καὶ τῆς Λαοδικείας.

Οἶδα μὲν τὴν φιλόθεον σου ψυχὴν αὐτοπαράκλητον οὖσαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν, καὶ συμπάσχουσαν ἐμφύτῳ διαθέσει τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ τὰ ἔσχατα πάσχουσι· πλὴν ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἐγκαυχᾶσθαι σου ταῖς ἀρεταῖς ποιούμεθα μέγα, καὶ συναλγεῖν τοῖς μέλεσι ἡμῶν καὶ ἀδελφοῖς χρέος ἀπαραίτητον ὁρῶμεν· διὰ ταῦτα τὴν διάνοιαν πρὸ τῶν λόγων, καὶ πρὸ τῆς χειρὸς τοὺς λόγους, καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν χεῖρα πρὸς ἱκεσίαν κινοῦμεν. Ἀρκεῖ ταῦτα πρὸς σε, οἶδα, καὶ δυσχεραίνεις ἴσως, ὅτι βραδύνω τὴν αἴτησιν, καὶ ἀγωνιᾷς τὴν παράκλησιν, καὶ μήπου ἄρα τῆς σῆς ἐπιλελήσμεθα τελειότητος, καὶ ὅτι πολλαχοῦ προφθάσαν ὤφθης τὴν δέησιν οὐκ ἀναμείνας παραίνεσιν. Πείθομαι ταῦτα· ἀλλὰ τὸ περὶ τοὺς συναθλητὰς καὶ συναιχμαλώτους ἄλγημα, οὕτω με ποιεῖ διατίθεσθαι, καὶ μακρότερον τῆς ἱκεσίας ἐφάπτεσθαι· ἐρῶ δὲ ἤδη· οἱ τοῦ θεοῦ τῷ ὄντι ἀρχιερεῖς, καὶ ἡμῶν τῶν ταπεινῶν συναρχιερεῖς χειμῶνι καὶ ἡλίῳ διατηκόμενοι· λογίζου μοι χρόνος ὅσος ἠναγκάσθησαν ἐξ ἐράνου καὶ χρέους βαρυτόκου, εἰ μή τι ἄλλο, ἀλλ' οὖν ὥσπερ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἑαυτοῖς περινοήσασθαι κατασκηνώσεις, καὶ ζωῆς τινος μικρὰν παραμυθίαν, οὐκέτι λέγω πολλά· δεῖξον σεαυτὸν ἀπαράλλακτον σεαυτοῦ, καὶ τὸν ἔνδοθέν σου περὶ τὸ θεῖον πόθον

Epiſt. 240.

Nicetæ Aſpathario, & de rebus privatis pro Metropolitis Cyzici & Laodiceæ agenti.

ANimam ego tuam Dei amantem novi ſua ſponte in bonum ferri, & ab ingenita diſpoſitione illis compati, qui pro Chriſto patiuntur: Sed propterea quòd magni faciam de tuis virtutibus gloriati, & debitum à me illud exigi videam, ut comembtis & fratribus compatiar: idcircò, ante orationem cogitationes, ante manus orationem, & unà cum iis manum ſupplicem prætendo: Hæc apud te ſufficient, ſcio; & fortaſſis fers ægerrimè, quòd petitionem non exponam, & labotas de admonitione meæ interceſſionis, nè ſcilicet fortaſſis tuæ perfectionis me oblivio ceperit, cùm tu multoties interceſſionem præveneris, non expectata admonitione: Et mihi quidem iſta ſunt perſuaſiſſima: Sed dolor mihi conceptus de coathletis & concaptivis meis ità me diſponit, ut à longè exordiar interceſſionem: At nunc expediam; Dei veri ſacerdotes, & noſtri conſacerdotes ab æſtu & frigore conſumuntur: Subeat tibi cogitatio, quanto jam tempore decurſo de emendicata ſtipe, & pecunia gtaviſſimis uſuris mutuò accepta vix vitam ſuſtinuerint, coacti non aliter quàm volucres cœli nidos ſibi conſtruere, & aliquod vitæ ſolatium vel exiguum procurate: Oſtende teipſum non diſſimilem tui, & Dei deſiderium

derium tibi inhærens extra te diffunde; dum illorum miſerearis, leniorem nobis redde maxima ex parte dolorem, illorum ſolando indigentiam: Animæ procurat indulgentiæ veniam, ſi quis animabus pro Chriſto afflictis, auxilium ferat: Quid autem aliud ego ſcribo? quàm ut is qui ſupplicat rogando, conceſſa petitione gratias agat, propterea quòd in cæteris mei benè memor fueris, & præſentem petitionem fervidè, & ſine prætexta excuſatione adimpleveris potiusquam adimplebis: Chriſtus omnis miſericordiæ & conſolationis Dominus ad omne tui voti deſiderium aurem apertam habeat, & reliquam vitæ partem omnigenis bonis adaugeat; uſque dum regni illius, ubi nulla eſt ſucceſſio, beati participem faciat.

περιχεόμενοι ἔξω, διὰ τῆς εἰς αὐτοὺς συμπαθείας, πραύνοι ἡμῖν τὸ πολὺ τοῦ ἄλγους, τὴν αὐτῶν παραμυθούμενος ἀπορίαν. Ψυχῆς ἐστιν ἄφεσις καὶ λύτρον, τὸ ψυχαῖς ἐπικουρῆσαι διὰ Χριστὸν ταλαιπωρουμέναις. Τί ἄλλο γράφω; ἢ ὡς τὴν αἴτησιν ἔχων, λοιπὸν πληρουμένην * εὐχὴν, * ἴσ. ἔχω καὶ εὐχαριστίαν ἀνθ' ὧν, ταύτῃ ἄλλα μνήμην ἡμῶν ἀγαθὴν ἔχεις, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν αἴτησιν ἀπροφάσιστος καὶ θερμὸς (πῶς εἴπω;) γένοιο πληρωτὴς, ἢ γένῃ. Εἴη σοι Χριστὸς, ὁ τοῦ ἐλέους καὶ πάσης παρακλήσεως κύριος, ἐπὶ πάσῃ μὲν δεήσει τὸ οὖς εὐήκοον παρέχων, καὶ τὸν ἄλλον δὲ βίον παντοδαποῖς ἀγαθοῖς συναύξων τῆς ἀδιαδόχου καὶ μακαρίας ἐκείνης μέτοχον ἀναδεικνὺς βασιλείας.

Epiſt. 241.

Theophani Diacono & à Notariis, roganti quaſi à ſeipſo profectam dubiorum quorundam ſolutionem: revera autem de mandato Imperatoris quæſtiones inſtituenti.

Quid tu paſſus? quâ cogitatione motus tu vir Dei? poſt tam longum tempus, & noſtri tam profundam oblivionem, poſt amneſtiam horrendam, nec facilè commemorandam, ab olim mihi amicis profectam, poſt mala tot exantlata tantum ſilentium, haud dixerim ego æquali mea condemnatione, ea proponere tibi viſum fuerit, quæ curioſiùs ab iis inquiri ſolent, qui jucundè vitam iſtam tranſigunt, & accuratiùs philoſophantur: At nos, quorum jam olim vita malis emarcuit, qui plurima ex parte mortui ſumus: qui nunc, ut obſcurum quoddam ſimulachrum, & vix agnoſcendum, veteris illius noſtræ inſtitutionis, & diſcendi cupiditatis, in hac carne miſella (ô, quouſque vivendi deſiderio teneberis) circumagimur: unum eſt, de quo philoſophemur, Mors, & angimur, quod ſic tardet; nec nos citiùs de iſtis miſeriis

Ἐπιστ. σμά.

Θεοφάνῃ διακόνῳ καὶ ἀσηκρήτῳ, αἰτησαμένῳ ὡς δῆθεν ἐξ ἑαυτοῦ λύσιν ἀποριῶν, ἐκ βασιλικοῦ δὲ τῇ ἀληθείᾳ προστάγματος τὴν ἀξίωσιν πεποιηκότι.

Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, τί παθὼν; τί δὲ διανοηθεὶς; μετὰ τοσοῦτον χρόνον μακρὸν, μετὰ λήθην ἡμῶν οὕτω βαθεῖαν, μετὰ φοβερὰν καὶ ἀπόρρητον ὑπὸ τῶν ποτὲ φιλούντων ἀμνηστίαν, μετὰ τοσαύτην πεῖραν δυσχερῶν, μετὰ τηλικαύτην ἐκ καταδίκης (οὐ λέγω πόσας) σιγὴν, ἐκεῖνα προτείνειν ἔγνως, ἃ τοῖς εὐημεροῦσι τῷ παρόντι βίῳ καὶ φιλοσοφοῦσιν ἀκμαιότερον, πολυπραγμονεῖσθαι εἴωθεν· ἡμεῖς δὲ, καὶ αὐτῆς ἡμῶν τῆς ζωῆς πάλαι τοῖς κακοῖς ἐναπομαρανθείσης, τὸ πλέον τεθνήκαμεν· καὶ ἤδη, διά τις εἰκὼν ἀμυδρὰ, καὶ μικροῦ μηδ' ἐπιγινωσκομένη, τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγωγῆς καὶ φιλομαθείας, τῷ ταλαιπώρῳ τούτῳ σαρκίῳ (ὦ μέχρι τίνος φιλοζωήσεις,) περιπλανώμεθα. Ἓν μόνον ἡμῖν φιλοσοφεῖται, ὁ θάνατος καὶ αὐτὸς παραλυπῶν ὅτι βραδύνει· καὶ οὐκ ἀπάγει θᾶττον τῶν θλί-

ψιων, οἷς ἀδιαλείπτως οὐκ ἐνδιδόντων τῶν ἐπιτιθεμένων συνεχόμεθα· πλὴν εἰ γένοιτε πόθῳ φίλοι, ὡς οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ, οἷς ἀκμάζει μὲν τὰ τῆς εὐδαιμονίας, ῥητόρων δ' ἀγέλαι χαίρουσιν ὑπηρετοῦντι τῇ γλώττῃ, καὶ τῆς ἐκ τάφων φωνῆς ἐπακοῦσαι· φθέγξεται μὲν τὸ ἐμὸν εἴδωλον· οὕτω γὰρ εἰπεῖν τοῖς παροῦσιν οἰκειότερον· τάχα γὰρ καὶ γραφὴ τὴν σιγὴν ἐνεδρεύει, καὶ ζητεῖ πρόφασιν ἄλλης τραγῳδίας. Εἰ δὲ καὶ λοχᾷ τοὺς λόγους, πάλαι τῶν λοχώντων πεπειράμεθα· διὸ φθέγξεται μᾶλλον, ἢ σιωπήσει· φθέγξεται δὲ βραχέα καὶ ταπεινά, καὶ οἷα εἰκός, τοῖς οὕτω διακειμένοις, ἀποκρίνεσθαι.

